D causari. Ex hoc erroneū principiū (ita enī Albertus vere nominat) quidā ex nostris non satis forte repudiātes: prolapsi sūt vt ponerent distinctiōes inter essentialia ī diuinis: non quidē reales (hoc enim dicere non ausi sunt) sed quod idē apud multos sonat, distinctiōes ex natura rei quasi non perfectius iudicari debeat: si eadē res ꝛ eodem modo penit᷒ se habens, sit ꝓductiua diuersorū: q̃ arguere ex distinctiōne causatorum distinctionē in causa suprema: ꝑsertim cū distinctio si realis non est: nihil operari videtur ad distincta realiter ꝓducēda. Q; si trahere nitātur ꝓ sua sentētia Augustinū: ꝙ alia ratiōe cōditus est homo. alio equus. Respondeo ꝙ resoluēdus est reuerenter: sicut ꝛ in ceteris multis. ꝛ residentium doctores innumera sibi tradiderunt: absq̃ casu in hoc absurdū principiū. Ceterum Aristoteles in. viii. physicoru; aliō assumpsit erroneū principiū. ꝙ voluntas nequit diuersa ꝛ noua producere. nisi diuersa ꝛ noua esse habeat. Quidā ex nostris per hoc libertati arbitrii in deo et in nobis detraxerūt. ¶ Rursus Plato volēs abstrahere quidditates rerum eternas sicut ydeam hominis separatā: que erat quidditas omniū hominu;: ydeam boni ꝛ vniuersalia realia extra animā ꝛ deū eterna. si verū sit quod ei imponitur. Quidā ex nostris volentes talibus abstractionibꝫ vti: corruūt in hunc errorē. sed solū peripathetice ꝛ catholice schole contrariū ponūt. Itaq̃ q̄ddirates rerum eternas: que nec sunt deus nec producte a deo: nec producibiles, aut annihilabiles a deo ponere, est contra articulū parisiēsem tempꝛe Guilermi parisiēsis ꝛ Bonauenture: sicut recitat. xxiii. dis. scdi. Alioquin fictus esset inquiūt noster conceptus speculatiu᷒ ꝛ quidditatiuus. Si non tale aliquid sibi in re correspōderet quale concipit. Sed non accipi tales om̄es positiones vel recitatiue vel refellere de aliquibus solū ammonuisse satis fuerit. Forte controuersiā totā solueremus: distinctione facta de analogia hui᷒ nominis ens. que tā lata a sancto Thoma, sup̄ quartū metaphisice in principio ponitur: vt ad possibilia ꝛ obiectalia: immo negationes ꝛ priuatiōes: eam dicat extēdi. Sicut Gregori᷒ significabilia ad tertium entitatis modū resoluere conat᷒ est. Ita forte contrarietas de realibus: an sint res distincte vel non. concordaret ex facili apō illos qui non tā contendere q̃ verū querere parati sunt. ¶ Postremo omnibꝫ ob- I
missis que christianā pietatē vel offendūt vel non edificāt: paratiores sumus penitere ꝛ credere euangelio: q̃ in talibus plus equo temp᷒ atterere. Deserat qualiscunq̃ (si inutilis est) acutissima subtilitas. quid enim arista acuti᷒. quid aranea ꝛ tela subtilius? verū etiam quid inutili᷒ inuenitur? Discamus nō tā disputare q̃ viuere: memores finis nostri. Quid aduocat᷒ tempꝛe suo famatissim᷒: quē vos fere om̄es nouisse potuistis dū moriēs suasus est septē psalmos penitētiales dicere: inchoauit Domine ne in furore tuo ꝛc. vsq̃ ad locu; illum. Qm̄ nō est in morte q̄ memor sit tuī. Ad hūc versiculū ꝯuertit ille oc'los ad ꝯfessorē suū mgr̄m ī theologia q̄ aderat. quid inquit ipse q̄ potuit spū. aliter ꝰ in ꝟitate stabat: vt null᷒ dei memoret ī morte? Nūq̄d nō ego

moriens dei mei possum recordari? Hoc audiens p̄fatus magister cōpescuit eū cuz modestia dicens: non esse hic horā disputandi sed orādi. ꝛ finē suum dn̄o cōmēdidit. ¶ Animaduertitis estimo quorsum pergat hec narratio. Om̄es itaq̄ morimur ꝛ tamen supnescio qualibꝫ questiunculis tā crebra ꝛ inutili argumētatione occupati: diē exitus nostri nequaq̄ attendim⁹. Porro similes efficimur eis quos notauit apostolus ad discipulū suū charissimum Thimotheū scribēs: vt denūciaret quibusdaz ne aliter docerēt: neq̄ intenderēt fabulis: que questiones magis p̄stāt q̄ edificationem dei q̄ est in fide. Finis autē p̄cepti ē charitas de corde puro ꝛ consciētia bona ꝛ fide nō ficta: a quibꝫ aberrātes conuersi sunt in vaniloquiū: volentes esse legis doctores non intelligētes que loquunt̄ neq̄ que affirmant.

Octaua ꝯsideratio.

¶ Cōtemnere claras ꝛ solidas doctrinas/ que leues videntur, ꝛ ad obscuriores se trāsferre: signū est curiositatis ꝛ originalis corruptele/ penitentie ꝛ credulitati aduerse.

Nulla est in om̄i doctrina maior virt⁹ q̄ claritas. neq̄ euidētius aliud habetur excellentis ingenij ꝛ clari argumentū q̄ ex claritate dictoꝝ vel scriptorū. Obscurum siquidē ingeniū ꝛ cōfusum/ impossibile est vt ꝑspicue ꝛ resolute quicq̄d edoceat. Uerūtamen apud multoꝝ curiositatē tāta est indicij corruptio: qualē in me alias fuisse non nego/ q̄ latinitas aliqua vel stilus/ eo iudicet̄ pulchrior quo difficilior ꝛ quo tur-
K gidior/ ꝛ ex consequēti viciosior eo elegantior appareat cū longe aliter sit. Om̄is em̄ oratio q̄nto clarior, tanto est speciosior atq̄ laudabilior: nisi forte abiecta om̄i elegātia ꝛ accuratione tota sordeat. langueat/ ꝛ effluat. Est autē claritas elucidatōis i aliquo idiomate attendēda iudicio illoꝝ qui vim illius ideomatis agnoscere debent. ꝛ nō eoꝝ vt sunt pueri qui de idiomate pauca vera cognouerūt. Alios inuenimus q̄ claritas ꝛ leuitas doctrine confestim ad nauseam ꝛ nihil alta profundaq̄ subtilitate dictum putāt: nisi q̄ non intelligunt. aut nisi q̄ summa cū difficultate: ꝛ cū dānosa temporis impēsa tandē inueniūt. Sciemus inquiūt ista leuia mox vt voluerim⁹ ꝛ non aduertūt/ q̄ interim etas irreditura labitur/ q̄ ingeniū alijs superuacuis cōsumitur/ q̄ oneratur memoria: ac ꝑinde capacitas vtilioribꝫ adimplenda vel minuitur vel perdit̄. Ideo inquit Seneca necessaria nesciūt: quia superuacua didicerūt. O si cognoscerēt q̄ verum est illud pueris decantatū: Rara datur longo prudētia tēporis vsu. Si saperēt insuper q̄ pauca ex cōparatione sciendorū/ eos ꝯgnoscere/ et ad vnū sentire ꝛ retinere: dabitur inq̄ etiam cū vacauerint. Affirmo/ si sobrij sint/ si sue salutis memores sunt. si deniq̄ ecclesie ꝛ christiano populo ꝓfuturos se preparant. ipsi temperātius dispensarēt tempus rem omniū charissimā ꝛ his vtilioribꝫ semetipsos integri⁹ ꝛ citius dedicarēt. Has loquor doctrinas/ quarū gustus intimior vere difficilior est ad habendū: sicut ipse absq̄ dubitatione p̄ciosior/ suauior/ beatior atq̄ diuinior. De talibus est doctrina Christi in euāgelijs, nomiatim in hoc sue predicationis exordio Penitemini et credite euangelio. Notat hec cōsideratio eos theologos/ qui vel grammaticis auctoribus/ vel historijs secularibus/ vel poetis: vel eloquentie priscorū oratorum. vel mathematicis inquisitionibꝫ principalius īsistunt q̄ theologicis materijs: facientes de accessorio principale. Si autē aliquis theologisans/ talibus vl̄ delectetur vl̄ vtatur solum in transitu: ꝛ pro sua vel aliorū quadam interim recreatione. hec laudanda est que ꝛ recreat animū fessum in theologico studio. ꝛ nōnihil affert eruditionis ꝛ ornatus.

Nona cōsideratio

¶ Presumptuosa curiositas ꝛ singularitas in omni sciētia causat de facili scissurā ꝛ ex consequenti destructionē in eodem.

¶ Figurā huius considerationis p̄bet nobis edificatio illa turris Babel: quaz lin- L
guarum scissura confudit et perdidit. sicut per contrariū vnitas linguarum ecclesiasticum edificiū stabiliuit. Hoc ꝯuenit cuz secta consideratione: sed ad minus pro remedio expediens esset doctrinas omnes ī theologia: omniaq̄ exercitia publice fieri iuxta statutum antiquū vniuersitatis: nuper in sacra theologie facultate renouatū.

¶ Amplius deduceretur et istis expedire vnicum studiū esse theologie generalē in

tota ecclesia aut saltē in tota gallia. ¶ Nec
fuit alias suppositio facultatis theologie
cum additōibus rationū: quarū potissimā
deputo curationē cōfusionis doctrinarū
vt sicut est vna fides, ꝛ vnū caput in spiri/
tualibus: sic sit vnicus ꝛ precipuꝰ study the/
ologie fons incorruptus: a quo cetera the
ologie studia velut riuuli deriuenť. ¶ Rur
sus sequiť ex p̄missis ꝓhibendā esse vulga
rem translationē librorū sacrorū nostre bi
blie: p̄sertim extra moralitates ꝛ historias
Claras ratōes ad hoc plurimas inuenire
facile est. Rursus expediret/pauciores esse
aut electiores p̄dicatores verbi dei ad po/
pulum q̄ non adulterarēt verbū dei modis
(nescio quibus) viciosissimis p̄dicādi. Si
enim res omniū difficillima, arduissima ꝛ
sanctissima cōmissa est passim multis inscijs
incompositis dissolutis. quid mirandū si
scandala potius in audiētibus ꝛ p̄dicanti
bus/q̄ꝫ edificatio solida suscitetur? Dice/
bat Pitagoras/neminē debere ꝓgredi ad
regendū rempublicā: nisi prius in moribꝰ
exercitatū ꝛ probatū. Huiꝰ meminit Au/
gustinus in libro de ordine. Quāto ampli
us hoc in p̄dicatōe verbi diuini debuerat
obseruari? In cōfessionibus audiēdis nō
minus, immo ꝛ ampliꝰ: quo ibi est licētia
minus remedij habēs in errato. ¶ Deniqꝫ
cohibēdi viderenť theologi: non tractare
materias p̄cipue speculatiuas presentibꝰ
alijs de alijs facultatibus: p̄sertim si termini
sunt eis incogniti siue peregrini/aut q̄dam
adinuentiōe conficti. Ob hanc q̄ppe rati/
onem notamur nos theologi esse fantasti/
ci: quia nō attendimꝰ que ꝛ qualia coram
quibꝰ ꝛ qualibus in nostris actibꝰ affera/
mus. Dicerē hic aliqua de modo legendi
sententias absqꝫ tali fabricatione noua le/
cturarū multiplicatarū super numerū q̄ plꝰ
D afferunt tediosi laboris plusqꝫ confusiōis
q̄ꝫ edificationis fructuose. Sꝫ videri pos/
set oratio nimis ad diuerticula declinare.
Nec sunt interim dicta ꝓ excitatione curi
ositatis multiplicis que nōnunq̄ꝫ impedit
tam penitentiā q̄ꝫ fidei declarationē circa
euangeliū apud quosdā ex theologis scho
lasticis: ac pinde nō sufficiēter obediūt di
centi christo. Penitemini ꝛ credite euāge/
lio. ¶ Et sic est finis huiꝰ lectionis. In/
telligētia clara ꝛ sapida eorū que credūtur
ex euangelio: que vocať theologia mysti/
ca cōquirenda est ꝑ penitentiā magis q̄ꝫ ꝑ
solam humanā inuestigationē. Et circa h
pertractabiť id: an magis ꝑ penitentem af
fectum q̄ꝫ ꝑ inuestigantē intellectū deus i
via cognoscatur.

Sequitur tractatus

eiusdem doctoris de eo/ An liceat christi/
ano initia rerum obseruare ex celestiū syde/
rum respectu.

Inuestigemꝰ breuiter ꝛ q̄ꝫtum pro
i posito nostro satis est. An initia re
rum vel fausta vel infausta /bona
vel mala/valida seu inualida: ex celestiū sy
derum respectu vel aliūde fiat. ꝛ multo ma
gis/si christiano obseruare talia licitū est.
Et q̄ꝫtum de primo: vbi scꝫ quid verū vel
falsum est inquiriť. posset videri aliquibus
solos in hac re audiēdos esse/qui in Astro
nomia iudicatiua periti sunt. quia scienti/
am quā ignorat aliquis qualiter approba
bit aut affirmabit? Refellēdū nihilominꝰ
q̄ꝫtum de illa cognosci datū est: ꝛ cōformi
ter in eos qui in ea sciēda/maiorē dederūt
operā: dicere possumus q̄ respectu effectu
um qui liberū concernūt arbitriū: ars de
his vere ꝛ infallibiliter iudicādi aut ꝓnun
ciandi/ nō solū non data est: sed nec tradi
quauis liber inuestigatiōe naturali potuit
Etenim vnicꝰ ad artē illam si possibilis es
set ꝑueniendi modus: ꝑ viā experiētiarum
cōformiter ꝛ frequēter contingentiū pro/
cederet. Sed qualiter ea que sub libero ca
dunt arbitrio: inter experiētias poterunt
computari? Semꝑ enim dicere poterimꝰ
ea que nunc iste cogitat vel que libere agit
aut patitur a puro libertatis arbitrio con/
tingere. Uerbi gratia. Dum luna tali pla/ A
nete in tali signo iungebať/Johannes ta/
lia ꝛ talia cogitauit. sic ꝛ sic volūtarie egit
quo pacto scire aut iudicare poterimus: q̄
non ex puro ꝛ mero libertatis arbitrio ista
fuerit operatꝰ potius q̄ꝫ ex superiorum im
pulsu causantis. Quꝫ si iudicare nescieri/
mus: nec profecto ex talibus experientijs
artem fabricare aut componere valebimꝰ
Neqꝫ enim tales oppositum scientes: ne/
gant (nisi admodum infideles sint) quin
posita inclinatione superioris causantis:
quaqꝫ possumus in oppositum ꝛ quomo/
do scire eas datum est/ cum principia hu/
ius q̄ꝫ dicunt artis vetarentur: q̄ talis cō
iunctio aut constellatio talia agenda ho/
mines inclinabat: nō a priori h agnouerūt.

ↄstat q nec a posteriori arguẽdo p effect⁹
ad causas. quia effect⁹ isti ab alia causa pu
ta a libero arbitrio totaliter poterãt eueni
re. Hec rõ bene deducta ⁊ põderata mul/
tum inualidat ⁊ tollit possibilitatẽ tal' art;
respectu eoꝝ que sunt liberi arbitrij. Prete
rea si nũc capiã initiũ cogitatiõis alicui⁹
aut volitiõis ad aliquid pagendũ. ⁊ q̃ras
ſm hoc aut pspere cedet aut incõmode qꝛ
pmo sic suã in mentẽ ⁊ voluntatez euenit:
nulla prsus ars: nisi temerarie ⁊ mere casu
aliter respõdebit. ⁊ eandẽ monstrat artem
de respõsionib⁹ p interrogatões penit⁹ nul
lam esse. Similiter iudicare in futurorum
possibilitatẽ p initia natiuitatũ: aut aliaꝝ
quarũcũq reꝝ: vt pegrinatiõis: induitio/
nis noue vestis/⁊ noue assumptiõis rei al/
terius: de eis q̃ postmodũ libero subsunt
arbitrio/ex hac radice potẽter refellimus.
q si dixeris possibile saltẽ esse vt per initia
reꝝ aliquaꝝ de inclinatiõib⁹ quas homo
talis habebit ad hec vel illa faciendũ iu/
dicemus. ⁊ si nõ de his faciet: qꝛ in opposi
tum eoꝝ ad q̃ inclinat⁹ est sua libertate va
lebit opari. Istud nõ euadit difficultatẽ q̃
tacta est: fatebimur fortassis esse possibile:
vt hec cõstellatio hoiem initiũ viuẽdi nũc
suscipientẽ ad hec agẽda fortiter inclinet
⁊ q p reuelationẽ dei ars hoc sciendi foret
possibilis. Sꝫ nõ loquimur de his q̃ reue/
lata sunt: sed q̃ inuestigatio reperire potu/
it humana. Hãc ꝑo artẽ vel pncipia eius
pbare volum⁹ semp extrinsse extra ⁊ sup̃ to
tam humane inuestigatõis facultatẽ. Ars
quippe certa ⁊ regularis esse debet: volun
tates aũt hominũ ⁊ cogitatiões ſm quas
deberet talis ars iudicatiua cape funda/
mentũ: penit⁹ incerte sunt ⁊ varie: vt g̃ nul
la sit naturaliter ars de eis ↄstãtissime fa/
tendũ est. Nunq̃d aduertim⁹ post xp̃i nati
uitatẽ (que vtiq miraculosa fuit nec influ
entijs subiecta) quanta varietas in cõditi
onibus morib⁹ ⁊ operib⁹ hominũ innume
rabiliũ secuta est. Cui⁹ attamẽ natiuitatis
conditionẽ illi qui pncipia artis huiusmo
di fundare conati sunt ꝑpendere vt ista exci
perẽt minime potuerũt. Accedit ad hoc cõ/
stellatiões esse plurimas: quarũ nec simili
um euẽtus olim visus fuit: ſm quas iudi/
care dicta aut scripta non sufficiũt. Porro
ſm hũc ratiocinãdi modum venari possu
mus impossibilitatẽ artis hui⁹: etiam pro
quanto respicit act⁹ naturales: qui suam
ex varietate materie diuersificationẽ reci/
piunt: queãdmodũ doctor Augustin⁹ q̃n/
to de ciuitate dei. et scdo de doctrina chri/
stiana de duob⁹ geminis ratiocinationez
inuictissimã cõtexuit: que in monstro bici/
piti forsan a calamitate remotior extiteret.
Constat itaq p hystorias verissimas mõ/
strum fuisse in cõfinib⁹ Britãnie ⁊ Nor/
manie/q biceps erat nõ solũ in corpe: sed
(vt sic loquamur) in diuersa ⁊ aduersa vo/
litionũ duplicitate. Interrogatuz quippe
vnũ de capitib⁹ an continẽter eligeret vi/
uere. Respondit: cõtinenter. Aliud ex ad/
uerso incõtinẽtem eligebat vitam. Et vi/
di cattũ vni⁹ capitis: in ceteris omnibus
membris bicorporẽ. Quid hic poterũt iu/
diciorũ huiusmodi ⁊ artis (que nulla est)
defensores? Ecce hic homo vel hoc mon/
strum simile in capitib⁹ suis cepit initium
⁊ effectus diuersissimos. Si hanc in celo
dicunt fuisse diuersitatẽ tantã/ vt vnam e
capitib⁹ castũ ⁊ continẽs. aliud lasciuiens
⁊ dissolutũ esse mallet. Unum insup pus:
⁊ alterũ post dimidiũ annum vita priua/
retur. que regula/que ars. que experientia
talem in celo animaduertere varietatẽ po
terit? Uerissime igitur vidit: qui celum di
cit esse agens quoddã vniuersale/respectu
inferiorum effectuũ quod ſm partiũ agen
tium aut passorũ diuersificationẽ alteram
⁊ alteram causabat operationẽ: vt sol idez
prorsus cerã liquefacit. quia tale passum
est. Et lutum in duriciẽ consolidat quem
admodũ etiã anima eadẽ ex partibus ma/
terie fluxioribus carnẽ. et alijs suo in cor/
pore ossa progenuerat. Ignorata igit̃ ma
terie ⁊ agentium particularium conditione
vt constellationũ et influentiarũ effectus
nesciãtur consequens est. Propterea nec
ars per experientiã quamlibet/ex sola celi
consideratione tradi potuit: nisi passa agẽ
tiaq particularia que isti nihilipendunt:
⁊ qua mediante acutius inuestigant pre/
scita sunt. ¶Amplius autẽ de initialib⁹
que obseruãtur in vestibus induendis: in
itineribus arripiendis: et similibus vltra
predicta est specialis difficultas: vnde for
tunium vel infortunium obinde proueni/
at. et si hora hac qua vestis primo indui/
tur qualis aggeneretur in veste: que vel in
malũ inclinet/vel in bonũ. et que ppetuo
cum veste pduret vel stati euanescat. Cur
pterea in initio potius q̃ secũda tertia ve

vicibꝰ/ ꝛ talia multa que bene deducta aut
nullā aut absurdā apud phos recipiūt rō
nem, nec exitū inueniūt. Idcirco Aristo/
teles nō incōgrue policiā Socratis iprо
bat qui edificandaꝝ domuū aut ciuitatū
obseruari ꝑcipiebat initia. ¶ Rursuz ad
misso eo ꝙ celū in talibꝰ initijs fortiꝰ agit
aut influit (qđ admittere friuolū est nec ra
tione fulcitū) nihilominꝰ necessitatē i hoi/
bus nullā sed tm̄modo inclinationē addu
cit. Inclinatio aūt nō infinite virtutis est
aut insugabilis actiuitatis. poterit igitur
aliūde ꝯtra agentibꝰ fortibꝰ impediri. fate
bunt̄ h̄ aduersarij si catholici sunt. Opor/
tet fateri etiā eos cōsequēs est vt ad priora
reuertamur: ꝙ de talibꝰ ars certa solidave
ꝑncipia dari nequaꝙ̄ potuerūt. Dubitare
em̄ semp habebāt: an effectꝰ ꝑueniētes eo
tūc qñ obseruatiōibꝰ suis ꝛ experiētijs insi
stebāt: tūc impedimētum hmōi vel aliud
suscipent. Vidimꝰ inquiūt tali existēte cō/
stellatiōe initia reꝝ nouaꝝ malo exitu fuis
se terminata. Cōcedamꝰ. Sꝫ si ꝑ hanc ex/
perientiam etiā multiplicatā: artē vl' ꝑncipi
um qđ vniuersalit̄ vel infallibilit̄ semp ita
fore ꝑnūciet inferāt. Negabimꝰ. Dicemus
Q em̄ ꝛ rōnabilissime dicemꝰ hūc vl' hos effe
ctus aliūde ꝑuenisse. vl' ꝙ nō dubiū est ali/
unde causari potuisse. Quapropt̄ sua va/
cillabūt assidue ꝑncipia que experiētijs tā
incertis nutātibꝰ ꝛ varijs subnixa erūt. Ars
igit̄ nulla est queadmodū ꝺ somnijs ꝙ̄ꝙ̄
ꝑ illa q̄ a celo mittunt̄: diuinitꝰ quis possꝫ
instrui. attamē naturalis ars ꝑ iudicia da
ri nō potuit ꝑpter incertitudinē causaꝝ ꝛ
varietatē a q̄bꝰ assidue ꝑueniūt. Nō igno/
ro ꝙ̄ fecundiꝰ ꝛ copiosiꝰ argumētatio hec
currere posset. ꝛ ꝙ̄ vberior facūdia ꝛ meli/
or radice a doctoribꝰ catholicis a quibus
fuerit executa/ dicta sufficiāt. Sꝫ hoc pro
nūc de naturali impossibilitate ꝯstitutōis
ꝑncipioꝝ huiꝰ artis dicta sufficiāt. ¶ Di
uertamꝰ cōsiderationē nostrā ad id qđ soli
theologi aut ꝑcipue illi hac sup re possunt
cognoscere de licito: videlicet aut illicito
vsu taliū obseruationū. Et circa hoc fuit
apta ꝛ libera egregij doctoris Augustini
sententia locis ꝑallegatis ꝛ ꝗrto ꝯfessionū
omia hec supstitiosa esse christianis indi/
gna/ ꝛ a vera pietate ac religione prorsus
aduersa. qđ de illis obseruatiōibꝰ dictū ac/
cipio ad tollendū calumniā: q̄ nec diuine
reuelatiōi nec apte rōni naturali quomo/
dolibet innitunt̄. Neq3 em̄ negare possu/
mus semina ꝛ plātas certis tpibꝰ anni cer
tis initijs vt germinēt aut fructificēt serē/
da plātandaq3 esse: ꝛ ꝑ ꝯiecturas quasdaꝫ
de vētis ꝛ pluuijs ꝛ ceteris impssionibꝰ ae/
ris multa generalit̄ ꝑnosci posse. Sed ali
ud est de his in quibꝰ aliq̄ de his/ in quibꝰ
nulla rō naturalis ꝑ fundamēto rōnabili/
ter assumit̄. Ad fulciendū aūt huiꝰ docto/
ris ꝛ alioꝝ cū eo sentientiū sniam/ cōgrue
visum est ꝑpter sermonis abnegationē: vt
reprobatiōis ita vehemētis a doctore in/
geniosissimo ac religiosissimo facte radica
lem niteremur appꝑhendere rōnē. Et in ꝑ/
mis nō est absurdū credere ꝙ artes omnes
magicas (quocūq3 vocabulo dicte sint q̄/
cūq3 nois palliatiōe ꝯtecte) ꝑspexit vetari
lege diuina sub mortis interminatōe. Vn̄
ꝑ omnibꝰ q̄ multe sunt adducat̄ Deutero/
nomij. xviij. Nō inueniat̄ in te q̄ lustret fili
um suū aut filiā: ducēs ꝑ ignē/ aut ariolos
sciscitet̄/ ꝛ obseruet somnia atq3 auguria:
ne sit maleficꝰ neq3 incātator/ neq3 phito/
nes cōsulens aut diuinos. ꝛ querat a mor
tuis veritatē. ¶ Queramꝰ huiꝰ ꝑhibitiōis R
causam/ ꝛ illis ꝙ̄ ꝑiculariꝰ in se fundans
edidit ecclesia: ꝛ videbimꝰ qm̄ nō decet di
scipulū summi magistri eo cōtempto euer
tere ad alteꝝ ꝑ sciētia reꝝ occultaꝝ adipi/
scēda. Istud em̄ est intollerabilis contu
macie ꝛ ꝯtēptꝰ nephādissimi. Rursus vel/
le abdita futuroꝝ ꝑquirere/ ꝛ auida curio/
sitate dei aut nature secreta: q̄ magister su
ꝑmus occulta (nisi quibꝰ reuelauerit) esse
voluit/ velle penetrare/ arrogantissimū est
meritoq3 plectēdum. Isti ꝟo ꝑ artiū magi
carum obseruatiōes agūt talia. Neq3 eniꝫ
a deo illa que scire cupiūt expostulāt/ ꝛ ab
eis nesciēda ꝑniciosa libidinosaq3 volūta/
te requirūt. si em̄ a dō que sciēda concessit
expectarēt nequaꝙ̄ futura scire q̄ pater po
suit i sua potestate cupent/ nihil sacrificia
talia/ talia verba inumera/ vl' characteres
ꝛ alias hmōi supstitionū suaꝝ insanias ex
ercerēt. ꝛ spem in deo nō in istis reponerēt
deus em̄ scientiaꝝ dn̄s est. Sed retorque/
amus (si possumꝰ imo vt possumꝰ) hāc rō/
nem in illos q̄ futura etiā humano aut di/
uino subiecta arbitrio ꝑ initia natiuitatuꝫ
vel aliaꝝ cōpositionum aut effectuū scire
moliunt̄. Itaq3 iudicāt, si laqueū parabit
sibi fortes natꝰ, si ꝯiugio aut celibatu frue
tur, si aliqs vel igne ꝑibit, aut gladio iugu

labitur: si interrogatio q̃ nũc fit a Jobe p̃speꝝ vel infelicẽ habeat exitũ. si hac in hora iter aggrediť: vel cũ altero colloquium si noua induit arma: nouo ense p̃cingitur. nouis calciať ocreis. Utrũ optatũ bonũ q̃ finẽ aut sec⁹ taliter inchoãs sortieť. Jmmo qđ ampli⁹ miraberis vsq̃ ad cogitationes etiã hoim remotissimoꝝ: vel operationes sciẽdas p̃gredi nõ vereñ. Cũ igiť talia naturalis inuestigatiõis limites transiliãt. ꝛ ñ p reuelationẽ ita se dicũt habere/ sicut nec dicere possunt. cur ꝛ vnde petũt talia nisi ab occulto quodã ꝛ corrupto curiosissime vanitatis desiderio: p qđ interim mereñ a deo deseri: ꝛ deserti in errores p̃labi. a seductore nostro possideri: ꝛ p̃lapsi possessi eo instigãte ꝛ fallẽte supstitionum hui⁹ nexib⁹ indissolubiliter astringi. Hinc tepidior aut nulla ad diuine opis postulationẽ spes. Hinc timores vani spes improbe. deniq̃ exit⁹ vt plurimũ infelicissimi. ¶ Diceret fortassis aliq̃s: q̃ artis hui⁹ ad magicam mlťa ẽ differẽtia. tũ quia vbis seu carminib⁹ nõ vtiť: neq̃ horrẽdis miscet sacrificia. Tũ scđo quia nõ p demones vt magici: sꝫ p causaꝝ naturaliũ cõcathenatiões de futuris aut occultis ꝯiecturãt. Sed p̃mum nõ obstat: ẜm expressam determinationẽ beati Augustini. iiij. ꝯfessionũ. vbi finaliter postq̃ dixisset q̃ illos mathematicos ꝯsulere nõ desinebat. q: sacrificia nulla iubebant. Addidit quos tñ vera pietas religioq̃ ꝯdemnat. Ceteꝝ nõ est cuiuslibꝫ artis magice seu illi⁹ que vt magica p̃hibetur talia assumere carmina siue sacrificia. Geomancia eñ ꝛ auguriũ et somnioꝝ obseruatio vacãt a talib⁹. At vero qđ secũdo adiciũt nihil eis opitulať. Tres eñ vo artes (vt abusiue sic loq̃mur) quas imediate nominauim⁹: geomancia auguriũ/ ꝛ somniorum obseruatio: ꝛ alie q̃plures non a demonib⁹ (vt asserũt) sed ab astris ꝛ ꝯstellationum influẽtiaꝝ causis atq̃ impssionib⁹: veritatẽ respõsionẽq̃ expectãt atq̃ suscipiunt. Dicũt eñ q̃ iuxta celi dispositionẽ talia ꝛ talia immittuñ somnia/ q̃ futuroꝝ iudicia sunt. nõ aliter geomãtici dicũt celesti virtute sua p̃ũcta disponi. Sic auguriatores ponũt garritus auiũ atq̃ volat⁹ seu gestus alios ab impssionib⁹ astroꝝ: nũc hos nũc illos auiculas suscipe. ꝛ nihil esse sibi putãt: cũ demonib⁹ p̃priũ nullũq̃ pactuꝫ cũ ipsis hr̃e ac nullũ ꝯsortiũ arbitranť: cõs nihilomin⁹ ꝛ sacra scriptura / ꝛ eccl̃iastica censura penis cohercẽt: ꝛ vt impios religioniq̃ p̃niciosos reiciũt. Qꝫ si dixerint rursus planetarij (sic eñ eos Augustinus appellat) si inq̃ dixerint: q̃ falso talia dicũt: ꝛ q̃ p̃ncipia siue artẽ quib⁹ ea que iudicãt scibilia sint naturaliter: nequaq̃ hr̃e possunt ab astris. neq̃ p experiẽtias inde sumptas fatebimur veꝝ esse. sꝫ ita fatebimur vt etiã de eoꝝ p̃ncipijs taliter esse ꝯtẽdamus. neq̃ eñ maiores p̃babilitates/ neq̃ rõnabilib⁹ fundatas p sue artis aut p̃ncipiorũ validatione reddũt q̃ isti auguriatores geomantici aruspices ꝛ somnioꝝ obseruatores p̃hibere conanť. Et aduertat q̃libet ingeniosus diligẽter: ꝛ causam vtrãq̃ defendendã assumat: videbit equa facilitate ꝛ equa radice geomãcie ꝛ augurioꝝ ꝛ aliarum quas p̃memorauim⁹ supstitionũ principia posse defendi fundari colorari. sicut illã astronomie partẽ que de interrogatõibus: de initiationib⁹ ꝛ de p̃ncipijs natiuitatũ: p̃sertim quo ad ea q̃ libeꝝ ꝯcernũt arbitrium defensare valebit. Adiiciẽt fortassis ad extremũ isti initioꝝ defensores mlťam in respõsionib⁹ ꝛ iudicijs/ que ẜm sue artis p̃ncipia reddũt veritatẽ sepius reperiri. Jstud nõ eis tm̃modo p̃priũ est: sed mlťo amplius magicis aliisq̃ supsticiosis. imo q̃to aliqua hmõi artiũ deterior ẽ ꝛ execrabilior: tãto crebriorẽ in dictis suis habere visa est veritatẽ. Juxta qđ dicit p̃memoratus doctor Aug⁹. ij. de doctrina x̃pians. tales supstitiões tãto magis cauẽdas esse. q̃to sepius qđ dicũt euenerit. Uñ ĝ a talibus ꝛ in talib⁹ veritas: r̃ndet idem doctor loco p̃dicto ꝛ q̃nto de ciui. dei: post argumentationẽ copiosissimã ita ꝯcludẽs. vij. ca. ¶ His omib⁹ ꝯsideratis: nõ immerito crediť cũ astrologi mirabiliter mlťa vere r̃ndent: occulto fieri instinctu spirituũ nõ bonoꝝ: quoꝝ cura est has falsas ꝛ noxias opiniones de astralib⁹ fatis inserere mentib⁹ humanis atq̃ firmare. Nõ negare voluit (vt arbitror) Aug⁹ q̃n tales sepius fallerent: sepius falleren̄: q̃n mẽdacia plurima sub generalitatis aut ambiguitatis cuiusdã velamẽto p̃ferrẽt: quin fortuito iter tot dicta vnũ veꝝ emergeret. Sꝫ si vt plurimũ vel regulariť qđ veꝝ est responderint: cum nõ a deo reuelãte habeãt: nec a naturalis inuestigatiõis facultate: vt a demonum seductiõe p̃ueniat reliquum est. Jsta

aũt seductio pmittit iusto dei iudicio / vel ob pcedentiũ immanitatẽ criminũ: qr abyssus abyssum inuocat. vel ob modicã fidẽ spemq; in deo repositas / r quasi tentat deus fideles suos: vt qui probati sunt manifesti fiãt fm aplium. vel ob nimiam r luxuriosam atq; libidinosam secretoꝝ sciẽdoꝝ auiditatẽ. q̃ est auaricia spiritual' pessima: r supbissima psumptio: ppter quas multi apostatauerũt a fide: queadmodũ videm⁹ in his q̃ ppter reꝝ amissaꝝ recupatõẽ aut reconditaꝝ adinuẽtionẽ tales magos cõsulunt in pnicie animaꝝ aut artẽ notoriã p scientiaꝝ acq̃sitiõe nituntr exercere. r mlta simulia. Addi potest ad pdicta ↄsideratio moralis nõ paruã habẽs vtilitatẽ. Et est q homo ex timore vel ex falsa credulitate imaginationẽ suã figẽs ad aliqõ initiuz qõcunq; fuerit. taliter q sperat aut credat sibi p idẽ significari malũ: oĩa que postmodũ cõtingerẽt incõmoda penas / infortunia ad illud referret tãq; ad signũ vl' causam quãtũcũq; fuerint impertinẽtia r aliunde parẽter inflicta hmõi incõmoda. Exempli causa. Putãs vetula q si cattũ i initio exitus sui in camera ↄspiciat: aut si lepori vel claudo obuiet / diem sine aliquo euentu malo nõ transibit. accidetq; cadens lapis male situat⁹ cernicẽ sibi ↄfringet. aut rixosa cũ marito litigãs verbera flagellaq; recipiet: aut fuso forabit manũ ad modũ / reducet qõ obtigit quasi videlicet si nõ aspexisset initio talia / in istas infelicitates neq̃q̃ incidisset. Et qõ ampli⁹ mirandũ est / in summis etiã viris r aliũde prudentib⁹ tales imaginatiões videm⁹ dominãtes vsq; adeo / vt August⁹ cesar inter maxima computaret incõmoda / si sotular sinister sibi a calciãte p dextro ministrareť. referẽte hoc Suetonio scđo de vir' illustrib⁹ cognitũ ẽ Cõstat aũt hoc magis irrisiõe q̃ argumẽtatione reprobandũ. Vidi ego cũ de vulneratiõe cuiusdã nobilis videlicet cõnerstabularij sermo fieret / dixisse ex astantib⁹ aliquos q tunicã suã malis initijs assum pserat / r verberatõnẽ eius ad hoc retulisse qõ q̃ vanũ sit nemo nõ videt. Aniaduerti magni stat⁹ viros in pncipio noue lune salire crebro balbutire nescio qualia / et non mediocria adorantõis signa pagere. innumera talia quisquis attẽdere valuerit / perspiciet r inde iudicabit saluberrimũ esse tã in religione q̃ in vita ciuili r economica / animũ suũ a talib⁹ supstitiosis r vanis credulitatib⁹ sup rerũ initijs absoluere r non pbere assensum talib⁹ nugis anilibus alioquin nec spes i deo tãta erit nec cultus sic integer / nec postremo vita tranq̃lla r a metu trepidatiõe vanoq; gaudio satis aliena duceť. ¶ Cauendũ pterea sumope censemus ne infantes r puuli adhuc molles et cerei in viciũ flecti (vt Oraci⁹ ait) talib⁹ vanissimis imbuanť erroribꝫ de faustis vl' infaustis initijs: quos si semel ibiberẽt. si sel' eoꝝ mẽs his vinculis cõpedita fuerit. vix aut nunq̃ satis errores illos poterit excutere. Propterea nõ satis grauiter puniri q̃ ipsos aut hoĩes idiotas r simplices presertim rectores populoꝝ in talib⁹ imbuũt. et vt talia credãt spe mercedis vel adulatõis inducti suadẽt r instruũt in grande religionis ac salutis sue r aliene detrimentum. Sunt eñ tales pnitates r corrupte inclinationes ad supstitiosa credẽda reliquie q̃dam gentilitatis r idolatrie. r pcipue circa rerũ initia versanť sepius r crebrius reperiunť: vt in annoꝝ vel mensiũ vl' hebdomadaꝝ seu etiã dieꝝ initiatõib⁹ / siue i mercaturis siue i itinerib⁹ arripiẽdis / siue quis edificare domũ aut quidpiã hoꝝ peragere decreuerit: firma verũtamẽ integra r constans in deo fides spesq; reposite cũ diligẽti attẽtione animaduersione sapiẽti super noxia hmõi melãcolica / ac sup vacua initiorum obseruatiõe mẽtes bene institutas expediũt liberãt r absoluũt. qõ nõ paruũ dei mun⁹. non paruũ insup p trãquillitate vite adiumentũ existimandũ est.

Sermo eiusdẽ cancellarij in cena dñi.

Ante diẽ autẽ festũ pasche sciẽs Jesus quia venit hora eius vt trãseat ex hoc mũdo ad patrẽ cum dilexisset suos qui erãt in mũdo / in finẽ quoq; dilexit eos. Originaliter Joh. xiij. r i euangelio psentialiter lecto. Vtinã q̃ntus et q̃ celebris est cõuentus iste vester ante diẽ festum pasche ad audiendũ verbũ dei / tanta mihi r tam efficax ministrareť vbertas eloquij: r sermo tãto dignus cetu nõ deesſz: q̃tenus in peluim nostre mẽtis aqua sapientie salutar' infusa ablueret pedes nostre affectionis. Quid eñ pes nisi affectio? Hic est illud Satirici. Quid tã dextro pede cõcupis: vt nõ optati te peniteat votiq; per/

ecti. Si quidē dū peregrinamur a domi-
no. ꝛ venit hora vt trāseam⁹ ex hoc mūdo
ad patrē: mult⁹ plerūq ꝛ spissus peccōrum
puluis scenosaq cupiditatū colluuio no-
stro ꝯtrahit̄ affectu. Et veꝛ fit illō Treñ.
p̄mo. Sordes ei⁹ in pedib⁹ eius. Et vnde
lotio nobis vnde mūdatio? Ab illo plane
qui lauit hodie pedes discipuloꝝ: quos i
finē dilexit. Qui fit in se credētib⁹ fons aq̄
viue salientis in vitā eternā. Joh. iiij. Cete
y rum scaturigo origoq fontis hui⁹ ab illo
funditur orto voluptatis quē plātauerat
dñs ab initio. ab illa scʒ virgine matre que
est ort⁹ cōclusus: a q̄ fons emanat irrigās
vniuersam supficiē terre dñs noster iesus
christus Illā adeam⁹. ab illa fonti vndas
postulem⁹: quaten⁹ emūdet̄ peluis nostri
pectoris ad sinceriter recipiendū qualēcū
q aquā nostre locutōis. Et obtemperem⁹
illi oratiano. Nūc adbibe puro pectore v̄-
ba. Cui⁹ rei vt facilior sit impetratio dica
mus orātes ꝛ laudātes illā angelicū Aue
ꝛc. Ante diē autē festū pasche: vt nup ob-
iecta est oculis mee intētionis euāgelica le-
ctio que nostris nūc aurib⁹ insonuit: subijt
ardor animū: eandē totā more veterū sub
omelia trāscurrere. Dicem̄ mod⁹ p̄dicatio
nis q̄q a modernis paꝝ trit⁹ sit: efficaci-
or forsan est ad fidei robur stabiliendum ꝛ
ad mysterioꝝ reuelationē virtutisq nutri-
mentū accomodatior. Deterruit ab ince-
pto innumerositas ip̄a mysterioꝝ: quib⁹
euāgelista Johānes eam grauidā reliquit
Idcirco prioꝝ particula ꝯtētus q̄ vice ex-
ordij ponit̄ simul inuidiā nouitatis decli-
naui sane ꝛ multū esse iudicās: si vtcunq
portionis hui⁹ prime mihi cedat pateatq
expositio. ꝛ si ad loquendū corā tali cōcio-
ne fructuose atq salubriter subseruiat: noli
(si fuerit volūtas in excelso) reliquas euan
gelij pticulas exponēdas assumā. Et in p̄-
mis iuxta duas p̄ncipales aīe rōnal' po
tentias: que sunt intellect⁹ ꝛ volūtas: duo
nobis ōndit euāgelista Johānes que xp̄i
animā supabūdanter illustrarūt: scientiā vi
delicet ꝛ amorē. Uis audire scientiā? An-
te diē festū pasche inq̄t sciens Jesus quia
venit hora ei⁹ vt trāseat de hoc mūdo ad
patrē. Magna pfecto scientie pspicacitas
quo ad futura vsq penetrauit. Dehinc au
di dilectionē: cū dilexisset inq̄t suos ꝛc. O
q̄tus amoris ardor. q̄ta charitatis incen
dia. q̄ firm⁹ tenor dilectōis. quā dilectio-
nem a p̄mordio inchoatā finis null⁹ excin
xit aut rupit. Quocirca p̄ter litteralē intel
lectū duas p nostra instructiōe ammoniti
ones pmiscue interseraꝫ. Unā p scientia ne
erremus in intellectu. Alterā p charitate ne
tepescam⁹ in affectu. Hoc habitū verita
tis ꝛ charitatis binario velut ala dupli-
ci subleuamur ad videndū ꝯcupiscendūq
celestia: nūc in spe: postmodū in re. Quan
do in re? Quādo clara visio deitatis fruiti z
oni cōiuncta erit tota merces: his ad ma
terie ordinisq insinuationē p̄positis: tan-
dem ip̄a loquat̄ euāgelij lectio Añ diem fe
stum pasche. Caueam⁹ patres dñi ac fr̄es
precipui. Caueam⁹ ip̄o hoc igressu ne for
te offendam⁹ ad lapidē erroris ꝛ scandali.
Quo ꝛ greci turpiter lapsi sunt Ipsi enim
xiiij. luna primi mēsis (qui ab hebreis mar-
cius ponit̄) dicūt christū cenā hanc agni
paschalis comedisse ꝛ anticipasse diē vnū.
Ob hoc (inquiūt) ait hic euāgelistarū po
stremus Johes tāq̄ corrector alioꝝ. An-
te diē aūt festū pasche. Qui videlicet dies
pasche. xiiij. luna dicti mēsis p̄mi veteri in
stitutiōe colebat̄: ꝛ celeberrim⁹ p agni pa-
schalis ad vesperū imolatiōe habebat̄. Di
cunt p̄terea ipsi greci in fermētato ꝯfecisse
christū. qđ ꝛ obseruāt ꝛ azimātes nos tāq̄
iudaisem⁹ azimitas appellāt. Et in hāc de
mum insaniā versi sunt vt tres alios euan
gelistas Mattheū Marcū ꝛ Lucā accu
sent mēdacij: q2 aperta est eoꝝ sentētia ad
oppositā. Addūt ad sui erroris velamentū
id quod infra dicit̄: nō intrasse iudeos pre
torium p̄sidis: ne cōtaminarent̄ sed mādu
carent pascha. Et rursus iudei cōsulentes
de morte Jesu dicebāt. Non in die festo, ꝛ
similia. Cogit me h̄ exclamare pietas chri
stiana, ꝛ matrē erroꝝ omniū scismaticā di
uisionē cōpellor detestari vel execrari. Ui-
dete grecos olim supremū in arce religio-
nis christiane locū tenētes: olim doctores
eximios. pbatissimos expositores scriptu-
re. p̄cipuos veritatis magistros: repēte vt
scisma interuenit: animaduertite eos bre-
ui defectos esse: ꝛ in ima erroꝝ [illegible] cō
cidisse: tā pniciosa pestis est diuino scisma-
tica. Tā omnia violat destruit. labefactat
pacis corruptio. ¶ Prudē dū p pacis re-
formatione multis adhuc silentib⁹ coram
illustrissimo rege nostro ora laxarem itro-
duxi: quo pacto requiā discordie spiritus:
cū ambitiōe concumbēs filiā detestandā

et vtriq̃ parentũ simillimã / cui nomen est
scisma in ecclesie regnũ violẽter intrusiert
Dehinc quib⁹ alimẽtis coaluerat. quibus
p̄terea fomentis alebat᷑: qualibus deniq̃ ꝛ
quot ministris suffulta nutabat᷑. Subin/
tuli tandẽ: quia si cũ scismate heresim sub/
intrare cõtingeret. sicuti ꝑfacile ꝛ insolitũ
est: haberet nũc scisma p̄sens infelicissimaꝫ
A infaustissimãq̃ sociã. a qua tãto complexi
onum nexu foueret᷑. tãto robore in suo sta/
tu firmaret᷑: vt nullo vñq̃ ingenio. nul
la arte. nullo ꝯsilio. nulla potẽtia. nulla ve
tustate ab ecclesia fugaret᷑. Fidẽ huic asser/
tioni mihi sumebãt. tũ ratio patens. tũ exẽ
plum diuisionis grecoꝝ cũ latinis. Neq̃
enĩ heresi stante posset vera pax introire: ea
dem ꝑus nõ expulsa. quoniã arbitraria cõ
positio / cõdescensio seu dissimulatio ĩ fide
(quemadmodũ in ceteris quibusdã) locuꝫ
nõ habet. Exigeret᷑ ergo vt pars errãs resi
pisceret palã ab heresi: ꝛ se turpiter errasse
fateretur. Hoc aũt quãdo fieri: ꝑ certum cũ
pars quelibet grandis sit ꝛ famata: hono/
ris sui cupida ꝛ tenax ꝛ que doctrina fidei
ac religionis obseruatione supra reliquaꝫ
gloriat᷑. Hec est sane pestifera radix atq̃ so
cietas / que a grecis ad latinos scisma diuel
li hactenus ꝓhibuit. Quãobrem sumope
enitendũ est / totis virib⁹ elaborandũ / om/
ni sollicitudine ꝛ vigilãtia ꝓuidendũ ne ad
scisma p̄sens supadducat᷑ pessima comes
heresis scꝫ vel erroris assertio: Et heu heu
q̃ vereor / ne iã ad limina (vt aiunt) ꝛ in fo/
ribus pulset: ne iã hinc vl' inde accersita pe
ne introeat. Et nunq̃d ex aduerso de ꝛ sup
fidem cõcernentib⁹ est iã inter ꝑtes nõ mo
dica cõtentio: ita vt illi licitũ expediẽs re/
ctũq̃ deputẽt ac iudicẽt: q̄ alij etiã nõ odi/
osi illicitũ inexpediẽs ac iniquũ non fateri
nõ possunt: nec sufficiũt ammirari tantã i
homines aliũde doctos desipiẽtie ꝛ erroꝝ
maculã irrepsisse. Supp̄mo multa sciẽs at/
q̃ recogitãs illud Salustij: Frustra niti ꝛ
fatigãdo nõ nisi odiuꝫ querere extreme de/
mentie est. Excitare vos suffecerit: quate/
nus ad experientiã rõnis oculos retorque
atis. ꝛ ita qđ dico: quodq̃ subiiceo aperta
luce videbit᷑. Occurras velociter saluifer
christe: ꝛ nephandissimũ formidãdissimũ
q̃ scismatis ꝛ heresis ꝯsortiũ tu q̄ sol⁹ potẽs
es cohibeas. Satis immo nimis ecclesiam
spõsam tuã dehonestat: cruciat et dissipat
scisma p̄sens tã inueteratũ, ꝛ malis radici

bus alte defixũ. Noli quesum⁹ ꝑmittere co
mitẽ sibi deteriorẽ heresim adiungi: et in/
faustissimũ ne attingat dimone cõnubiuꝫ.
Sed ad inceptũ vnde digredi cõpulit do/
lor ac met⁹ reuertentes. Respõdeam⁹ gre/
corum calũnie / ꝛ dicam⁹ absq̃ vllo dubi/
tationis scrupulo cenã hãc quartadecima
mensis primi ad vesperã factã esse. Sumi B
tur itaq̃ pascha multipliciter. nũc ꝓ agno
paschali Matth. xxvj. Ubi vis paremus
tibi comedere pascha: Nũc pro panib⁹ azi
mis / qualiter sumpsit Johãnes dũ ait iu/
deos nõ introisse pretoriũ p̄sidis ne cõta/
minarẽtur: sed mãducarẽt pascha. Aliqñ
aũt ꝓ quolibet septẽ dieꝝ paschalis solen
nitatis / qualiter hic sumi potest. Uel dica
mus q̄ dies iste quẽ tres euãgeliste Mat/
theus Marc⁹ ꝛ Lucas nuncupãt primũ
diẽ azimoꝝ: dict⁹ est hic p̄cessisse diẽ festuꝫ
pasche / diuersis respectibus. quoniã illi ad
distinctionẽ dieꝝ legalẽ: ꝛm quẽ dies a ve
spere diei p̄cedẽtis inchoat᷑ respexerũt. Jo
hannes ꝟo ad distinctionẽ naturalẽ atten
dit. ꝛm quã a media nocte diei sumit initi/
um. Liquet igit᷑ quoniã dies iste ꝛ primus
dies azimoꝝ fuit: incipiẽdo diẽ a vespere:
ꝛ illũ nihilomin⁹ primũ antecessisse cõstat
si a noctis eiusdẽ medio diei numerem⁹ ex
ordium. sic inuiolata manet veritas hec. añ
diem aũt festũ ꝛc. ¶ Qua in re palã est quia
iudeoꝝ cõsilia de occidẽdo christũ non in
die festo dissipata sunt: habita traditoris
oportunitate / ꝛ agente deo: vt diuine legis
mysterio seruirẽt inuiti / quaten⁹ verum pa
scha in die figuratiui pascatis ĩmolarent.
Acclamabis forte supputationẽ seu calcu
lationẽ nõ cõuenire cũ eis que ponũt histo
rici: reputa q̄ christ⁹ die dñica nat⁹ fuerit
ꝛ in tricesimotertio etatis anno ipo eodeꝫ
die crucifix⁹ quo ꝛ annũciatus est: die vi/
delicet marcij. xxv. ¶ Hic libera voce respõ
deo: nulli⁹ auctoritatẽ me ꝓponere euãge/
lice veritati: maloq̃ nõ cõsentire dicẽtibus
xxv. die Marcij passum fuisse christũ. q̃
tres euangelistas inculpare mẽdacij: et ne
gare Johannẽ cõsentire cũ eis dũ ait. Añ
diẽ autẽ festũ pasche. Ceterũ hoc in loco
p̄ter ea que ad speculationẽ ꝑficiunt: qua/
lia sibi vendicãt schole magis q̃ p̄dicatio
Hoc moraliter edocemur ne in diuinis scri
pturis temerarij p̄cipites ꝛ elati accedam⁹
sed in eis sobrij humiles ꝛ cauti pedetẽtim
ac modeste gradiamur: alioquin facilis et

prona est ad lapidē erroris offensio. Ecce
enim quā qualisve precipitij occasio extitit
vna hec Johānis vox nō sobrie a grecis i
tellecta. Añ rc. Et nūqd poterat ipse Johā
C nes immo p Johem spūs veritatis eadē
prius verba q̄ r reliqui priores apponere
Poterat vtiqz Sz ne viderent euāglia hu
mano cōsensu r cōspiratione fabricata: ne
preterea deesset querētibꝫ exercitatōis dili
gentia r inquisitōis humilitas maluit ali
cui verbotenus discrepare Hinc p die azi
morum ponit hic añ diē aūt rc. ¶ Porro
illoꝝ hic impudētia retundit atqz ꝯfundit
quia puero decrepitū vsqz ad seniū: tēpus
occupationibꝫ terrenis atterere. r dū ali
ud eos agere nō licet: ad sacras litteras di
uertūt habētes oculos rōnis puluere r sor
dibus curarū aliarū penit⁹ obtenebratos.
Nihilomin⁹ scire primo intuitu ꝑsumunt
qđ a claris r summis ingenijs cū assiduo
exercitio vix aut nunqz attingit. Ab his
maxime probro r ostētui habet quicquid ī
sacris litteris nō statim ad eorū iudicium
grossum terrestre aīmale r corruptū expli
cauerit spūssanctus. Cur inquiūt nō talit
positū est/hoc iintelligibile ē/hoc litterali
ter falsum est hoc erroris materia est hoc
fantasticū est, hoc melius sic r sic fuisset ex
plicatū. ita nō vident se notatos p aposto
lum. j. ad Chor. ij. Animalis homo nō pci
pit ea que spūs dei sunt. Et adhuc illos ñ
loquor qui a fide palā deuiarūt: nec illos
qui nō minus pruriosa temeritate r auda
cia, petulia de sacris litteris inter pocula et
tabernas atqz inter min⁹ eruditos fabulā
tur. verbisqz ridiculis r blasphemis maie
statem diuīe scripture cū summa modera
tionis reuerētia tractandā. irreuerendissi
ma curiosissimaqz cōtentione macularūt le
durūt infamarūt ꝓstituūt. ¶ Sed quē eā
hāc nullis vnqz verbis exaggerandā lin
quentes. Videam⁹ iterū quid dicat euāge
lista. Ante (inquit) diē festū pasche. Hoc pa
scha (vt ait ꝓclarissim⁹ r eloquentissim⁹ do
ctor Ambrosi⁹ in ꝓmo examerōn) est trāsi
tus anime a aduersitate: a passionibꝫ carnis
ad gratiā sobrietatēqz mentis. a malicie ne
quicieqz fermēto ad veritatē r sinceritatē
Sequit. nec iā seruiet diabolo vel terrenis
hui⁹ corporis passionibꝫ vel deprauate mē
tis erroribꝫ. qui demersa omī malicia vice
plumbi bonis opibus dextera leuaqz mu
nitus inoffenso seculi hui⁹ freta studet trā
sire vestigio. Priusqz ꝟo ista latius ad mo
res traducam⁹: declinemus paulisper ad D
id quod subiūgit euāgelista noster Sciēs
inquit Jesus quia venit hora eius rc. In
ipso quippe sunt omēs thesauri sapiētie r
sciētie dei abscōditi. Sciens vt deus: cu
ius sapiētie nō est numerus. Sciēs vt ho
mo p superplenā sciētiā ab instāti sue cō
ceptionis infusionē. Sciens insup p emi
nentē iudeoꝝ/ immo r ꝓpriū discipuli qui
edebat panes suos cōtra ipm machinatio
nem. Sciēs preterea ipse idem q̄ saluare:
vt pote Jesus aduenerat. Neqz enī est aliō
nomen sub celo in q̄ oporteat nos saluos
fieri. Actuū. iiij. Sciēs Jesus quia aīam
suā ponere p multis voluit: quia venit ho
ra eius. r bene eius. quia nemo animā suā
rapere poterat ab eo. sed vltronea volunta
te eā obtulit hostiā deo patri pro peccatis.
Venit igit hora eius cū voluit. Venit nō
fatali quadā necessitate: vt Stoici et ma
thematicorū quidā fabulātur. Et vt innu
it Virgili⁹ troianū describens excidiū: ve
nit nō fortuito euētu: quēadmodū desipit
Epicur⁹, res omēs casualiter agitatas flu
itare. Sed spōtaneo diuinitatis ac ꝓprie
volūtatis cōsilio. Venit hec hora eius. qn
etiā fuit (quod mireris) hec hora iudeorū
dicente xpo. Hec est hora vestra r potestas
tenebraꝝ. Et quō hora iudeorū? Quia vi
delicet eorū malicia cōsummata nunc erat
vt occiderēt Jesum. r illa forte prius non
dum cōpleta extiterat. sicut de amorreis
dicit scriptura. Vel totū ad id refer consili
um: vt qui prius inter furentes iudeos: et
in suā necē cōiurantes transiēs p medium
illorū ibat. Nūc dū voluit ab ipsis tētus r
occisus transijt et hoc mūdo ad patrē Se
quitur rc. ¶ Refert Ambrosius in quarto
suo examerōn. diē mensis quartūdecimū
a paganis infaustā haberi. qua tamen die
luna salutis signa ostēdit. An inquit displi
cet numerus quo celebrat mysteriū redem
ptionis Ideo demones declinandū esse p
suadēt numerū cū quo eorū destructa nequi
cia est. ideo gentilibꝫ nihil adorandū asse
runt: quia sciūt tūc primū artes suas vaca
recepisse: r populos gētiles cōmigrasse ad
ecclesiam. Et hic cōtra supstitiones eorꝫ qs
inculpat apostol⁹ ad Gal. iiij. Qui obseruāt
dies annos r tempa: longa haberi posset

disputatio nisi ad ea sermo pergeret. Illos
E satis conuincūt Ambrosi⁹ vbi supra. Gre
gorius in omelia epiphanie. Augustinus
secūdo de doctrina christiana. q̄nto de ci
uitate dei. quarto confessionū. Et eos sub
acri irrisione notat domin⁹ per ꝓpham Esa
iam. xlvij. destructionē Babylonis expro
brans. Stent inquit et saluēt te augures
celi/qui cōtemplabātur sydera et supputa
bant menses vt ex eis annunciarēt vētura
tibi. Et Actuū. j. Non est vestrū nosse tem
pora vł momēta que pater posuit ī sua po
testate. Hac eñ potestate venit hora de q̄
h̄ dicit Uenit hora eius. Olim dixeras o
bone Jesu pie matri tue cū quereret/quia
vinum nō habēt. Quid mihi et tibi mulier
nondū venit hora mea. Joh. ij. Nimiꝝ ho
ra tua/qua ostenderet mortalis humani
tas. ſm quā matri tanq̄ filius subdebaris
nondū venerat. venit aūt nunc cū voluisti
Uenit cū paternū summi patris imperiū
predicādo et sermonē confirmādo sequen
tibus signis adimplesti. Uenit hora eius.
O beata et ꝟe felix hora, que preciū nr̄e re
demptiōis exsoluit. que spoliauit tartara.
morte mortē superauit. Hora Jesu vt trā
seat ex hoc mundo ad patrem. Et mirabi
le admodū. Qui celū et terrā implet. q̄ sem
per in patre manet et pater in eo. Qualiter
ad patrē trāsiturus affirmatur? Nisi quia
per passionē sublimata est humanitas ei⁹
in glorificatione corporis et nominis exalta
tione. Nā oportebat christū pati/et ita intra
re in gloriā suam. Et ꝑpter hoc deus exal
tauit eū: et dedit illi nomen etc̄. De hac dice
bat ipse christus ī alio loco. Pater sancte
iam hora est/clarifica filiū tuum: vt filius
tuus clarificet te. Clarificatus est itaq̄ fi
lius dū transijt ex hoc mundo ad patrem.
de mortalitate ad immortalitatē. de igno
minia passionis ad resurrectionis gloriā
vt trāseat etc̄. Sane transit⁹ durus resper
susq̄ acerbitatum aculeis. et quē naturali
horrore fugiebat christus. Pater inquit si
fieri potest etc̄ Matth. xxvi. Sed ducebat
ad vitam et ad patrē. qui portus est omni
amenitate redundās: vt transeat ex h̄ mū
do ad patrem. Uide q̄ cōuenienter et con
nexe euangelica verba spiritussancti digi
tus inscripserit. Dixerat enim. Ante diem
F festū pasche. Et quid pascha nisi trāsitus
Idcirco reddens verba verbis. et mysteria
mysterijs, mysteria superaddit: vt trāseat.
Loq̄batur p̄terea de morte christi q̄ apud
christum ceterosq̄ iustos: nō iam proprie
mors aut occubitus sed transitus reputa
tur. Cur? quoniā eorum melior pars (ani
mam loquor) non vt in brutis natura co
gente corrumpit. et ab eterna morte pecca
ti atq̄ supplicij seruat immunis. teste chri
sto/qui Joh. v. de fideli loquitur dicēs. q
in iudiciū non venit: sed transeat de mor
te ad vitā. Non ob aliud trāsitus hic a san
ctis optatur. quia et a miserabili mundo li
berat. et ad patrē qui vite et glorie fons est:
introducit. Hec recordatus sum (inquit) ꝓ
pheta. et effudi in me animā meam: q̄m trā
sibo in locum tabernaculi etc̄. Quis nō ex
horrescat et transire nō cupiat vite presen
tis erumnas? Illas tanto eloquij ponde
re expressit Hegesias philosophus vt mł
tos cogeret seipsos perimere/ne miseriam
hanc diutius tolerarēt. Et Theobrotus q̄
dam lecto de immortalitate anime Plato
nis libro: se precipitē in mare dedit vt ex h̄
mundo ad vitā transiret, quā sperabat me
liorem. Et nū quid apud Traces/vetus h̄
institutū fuit: obitus hominū cum leticia
et gaudio celebrare. Uidebāt nempe mors
ipsa quantis eos liberabat calamitatibus
Quas gemebūdus propheta deplorabat
dicens. Heu me quia incolatus meus ꝓ
longat⁹ etc̄. Quāobrem optandus est iste
transitus ex hoc mūdo: presertim a teipso
o christiane miles: qui te iturū speras ad
patrem. Sane dū peregrinaris in mūdo:
constitut⁹ es ante diem festū pasche. et sci
re te cōuenit: quoniā venit hora tua vt trā
seas ex hoc mundo ad patrē. de morte ad
vitam. de miseria ad gloriā. de peregrinati
one ad patriam. de egypto huius exilij ad
terram ꝓmissiōis paradisi. Nolo expectes
post diē festum pasche cognoscere: quoni
am venit hora tua: vt transeas ex hoc mū
do ad patrē. Sera nimiū esset ista cogni
tio. Nolo preterea festū diem agas ante vi
giliam: exemplo illorū qui ducunt hic in
bonis dies suos/et in puncto dum dies fe
stus aduenire debuerat/ad inferna descen
dunt. De quibus nō icōmode accipitur il
lud prophete. Mane floreat et transeat ꝑ
prosperitatē vite presentis: vespere mortis
decidat. indurer et arescat ī tormētis. Scito G
igitur quia venit hora tua: hora mortis Cu

ius meditationē descripsit magnus pater Basilius eās philosophie aut sapiētie descriptionem. Sapientia enim a sapore dicitur. Facit autē mors sapere de rebus singulis prout sunt. vt q temporalia vanitati defectuiq sunt obnoxia. Hinc illud hieronymi. Facile contemnit omnia / qui se semper cogitat moriturum. Et rursum illud Sapiēns. Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. Hec est salubenima meditatio que nosipsos diffiniri ue facit cognoscere. Homo quippe aīal est rationale mortale. Si spacia tibi longe vite spopōderis: si viaticum coaceruaueris plurimum. si sarcinis copiosis auri et argēti humeros tuos oneraueris. si placidus voluptatibꝰ defluxeris totus. si ira: odio inuidia / vindicta contabueris. Fama loquatur te per vrbes garrula laudet.

D carnalis copula. Et apparet votū castita tis nō aliud importare. qꝛ votū est de re q̄ de se esset licita nisi impediret votum. Si maritus eēt excōicatus posset ne vxor ma nere cum eo: Dico q sic. sed ipm admone re debet: nō impedire nec consentire deb3 crimini. Notate opus misericordie qd est maius ad maritū suū fuandū ꝛc. Et si ma ritus eēt leprosus ꝑ exemplū de libia. Quā magis amare debet maritus an vxorē suā an matrē suā: Respondeo q̄ ad plures res debet habere matrē suā in honore ꝛ reue rentia: sed simpliciter vxorē: qꝛ ipsa est cor pus suū. Et in articulo mortis tā matris q vxoris si solam vnā liberare poss3 sc3 al terā eaꝝ: liberaret vxorē suam ꝛ perire per mitteret matrē. Videt etiam mihi magis eam amare debere vxorem suā q filios su os. ꝛ sic de vxore ad maritū: cui magis obe dire debet vxor: an patri an matri: an mari to suo: an naturali ꝛ tꝑali dn̄o suo: Respō sio fm diuersas dn̄ationes requirit distin ctio. Nam q̄ ad factū matrimonii femina magis obligat spōso suo q̄ ad aliq̄s reuerē tias matri sue quo ad h qd respicit rempu blicam domus. Quis magis amat aut pa ter aut mater: Mater ardētius: pr̄ amat ꝯstantius. Et puer magis diligit matrem in iuuentute. ꝛ deinde patrē cū effectus fu erit maior: nisi ꝯsuetudo hunc mutet amo rem. Qui magis amant aut parentes fili os: aut filii pentes: Dico parentes magis diligere filios. Persone in mřimonio exi stentes habere debent tertiam custodē sol licitam disciplinam: que castiget benigne sancte: ꝛ sane: habens pulchꝛ exemplū in hoc euangelio. Fili. Et notate de illo qui mordendo abstulit nasum patris sui. No tate de Hely qui non correxit filios suos

E quos debebat destituere ab officio nō mō admonere. Notate penā alicuius pueri q̄ erat ꝯtumax ꝛ inobediens. lex ꝑcipiebat eū baptisari. Et notate iesum christū potius mansisse ꝑ mysteriū q ꝓpter aliam causa3 Et habuit dn̄a nostra meritū inuestigan di eum. fuitq ꝑ specialem dispensatione3 q habuit illam nō cognitionem amissio nis iesu christi. Et ad nos docendū. No tate q bene viuere potuit trib9 dieb9 sine comedendo. Notate qualiter reuerentia debeat pueris: quō scitum est tunc quis esset ille puer. Parentes debent instruere liberos sancte ad bonam religionem: ꝛ bo nos mores per fidem ꝛ alia. Notate spiri tualibus parētibus ꝛ de fidelitate: hoc ap paret in euangelio. Notate quare dn̄s no ster remansit in templo in significatione3 q pueri possunt ꝛ debēt studere ꝛ addisce re bonā doctrinā: etia3 sine scitu vel facul tate parentū eoꝝ: nisi causa rationabilis fuerit ob necessitatem aliam. Notate de q̄ iesus christus loquebatur. Notate cōtra personas quo exēplo ꝛ verbis nocent eoꝝ pueris: in auaritia: in ebrietate: in luxuria in pompa: in lubricitate: intantū eis applau dendo et ipsos tangendo. in iuramentis ad luxuriā in supbia: in stulta credulitate. Et illis faciunt pueros eoꝝ matrimonia liter ꝯiungi. Parentes debent habere suf ficientem benignitatem ad eoꝝ liberos. non regendo eos nimis aspere nec nimis delicate. mater pia ꝛc. Benignitas melior est q rigor: debent habere cor bū anū. No tate de aue ad ꝑdam apta que ob dulcedi ne3: ꝛ asinus ob verbera. Notate de exem plo in psalmo de filiis qui nō poterant ꝓ ficere: qꝛ nimiū vapulabant. Virga eū ce de ꝛc. Nota quō dn̄a nostra benigne loq̄ batur fili ꝛc. Notate de q̄ntiliano qui non volebat pueros cedi. Notate de maledicti onibus parentum ꝛ benedictiōibus. No tate de Heliseo ꝛ de pueris vsq ad quin quagintaduos: quos duo vrsi deuorarūt Verecundia est ornamentum pueri. No ta de conditionibus pueroꝝ. Sunt pue ri pueri parui puri modico sciant ludunt: ꝯcordant: cito dant: cito pacificant. In infantia ꝑcipue: ꝛ postmodū deb3 ꝯserua ri pueroꝝ sanitas: ꝛ eis fieri thesaurus par ticulū ꝛc. Cōtra h est dare pueris nutri ces: ebriosas: stultas: ꝛ maloꝝ moꝝ in car nalitate. Notate de mře scti Ber. Cōtra h est hic sobolē: ꝓpe egritudinis vel ꝑ nimiū exercitiū opis carnalis aut in leprositate.

F

Contra hoc est dare nimiũ ad potandũ ⁊
comedendũ pueris: mala societas ⁊ ꝯsue/
tudo: Contra hoc est impedire ꝓlem vel ꝑ
us abutendo matrimonio vel post qñ fit
abortus ꝑ vestimenta aut ꝑ choream aut ꝑ
verbera vel ꝑ poculũ aut aliter. Expedit
hr̃e ꝯsilium commune ⁊ ꝯfessorẽ. Quid fiet
de filio illegitimo si mr̃ ei dixerit illđ nõ cre
det si dicat marito suo ponit se in periculũ
mortis: si ꝑmittat succedere puerꝝ alij de/
cipient. Et exheredabunt. si cõsulatur illi
vt efficiatur ecclesiasticus aut ingrediatur reli
gionẽ forsitan nõ obediet. Casus est ꝑicu
losus. Apparet mihi in generali: ꝙ mater
H potest dicere in secreto sola soli puero ꝯdi/
tionẽ suam: qđ si ipse non curauerit videtur
mihi matrẽ nil aliud facere posse ⁊ esse po
test in statu salutis nisi mater daret alijs fi
lijs ꝑ modũ donoꝝ. Tres mõi dubioꝝ sol
uũtur ꝑ has tres custodes qñ interrogãtur. Pri
mũ quare vna mulier nõ põt habere duos
maritos quẽadmodũ vnus maritus sole/
bat duas hr̃e vxores vel plures. Rñdetur ꝙ
esset ꝯ bonũ matrimonij ⁊ ꝑsertim q̃ ad ꝓ
lem. Nam mulier melius generat pueros
ex vno viro q̃ȝ ex pluribꝫ. Alia causa est: qꝛ
hoc esset ꝯtra amoarsam legalitatẽ. Exẽ/
plũ de Socrate hñte duas vxores q̃ ꝯti/
nuẽ rixabantur. Et notate de duobꝫ respon/
sis socratis. vnũ erat ꝙ addiscebat domi
quõ patiam hr̃e deberet in ciuitate. Aliđ
ꝙ bene sciebat post talia ꝟboꝝ tonitrua
venire pluuiã vicȝ vrinã duaꝝ vxoꝝ eius
deorsum ⁊c̃. Notate historiam quã de pa/
pirio recitat Macrobius: ꝙ q̃libet mlier
voluit hr̃e duos maritos ⁊c̃. Tertia causa
est quo ad deũ: qꝛ hortarentur ad oẽm auari
ciã ⁊ ꝓpter luxuriã mariti eius (sicut Sa/
lomon) obliuiscerentur dei. Secũdũ dubiũ
Quare melius est post matrimoniũ per/
manere in viduitate: vt seruiatur deo ⁊ cogi
tet vnusquisqȝ de seipso. Notate đ viduis
que viuere volunt in delitijs ⁊ libertatibꝫ
⁊ mortue sunt: sicut dicit aplꝰs: ⁊ sunt cu/
riose ignominiose: ebriose: supbe ⁊ supsti/
ciose ꝯtinue addiscũt ⁊ nihil sciũt. Semꝑ
D discentes ⁊c̃. Contẽnunt ꝑsbyteros tanq̃ȝ
coꝝ famulos ꝓpter pecuniã ⁊c̃. Hypocri/
te paupes ⁊ talibꝫ nil ꝓdest viduitas: nec
etiaȝ sepenũero mr̃imoniũ. Notate risum
Socratis cuidã interroganti si vxorẽ du
cere deberet. Quecũq̃ inq̇t ꝯsuluero tibi
ꝓpria ducens: hic solitudo displicebit: illic
iurgia. Notate ꝙ sanctus Ambrosius de/
dit sancto Aug. tria documenta: ad nõ cõ
sulendũ matrimoniũ. ad statuȝ ꝑsbr̃i ⁊ sti/
pendiarij famuli diuersi. Secũda causa ẽ
amor ⁊ mẽoria sponsi sui defuncti. Aut fu
it bonus: ⁊ stulticia ẽ ponere se ad fortunã
ꝓbandi aliquẽ malũ vel fuit malus: ⁊ ad/
huc potent ipsa hr̃e peiorẽ. Dido sese in/
teremit vt fidem seruaret defuncto sicheo
Vxor hasdrubalis ducis carthaginensis
se misit in ignẽ cũ duobus suis filijs. Isti
ex india mltas hñt vxores et melius ama
ta viuit ac moritur cũ marito suo ⁊c̃. Porti/
gina filia darij: occidit ancillam suaȝ que
ei consuluit scđas nuptias. Libia despõ/
sata Tullio: dixit se opinari oẽs viros ora
hr̃e fetida. Martia cathõis filia dixit nul/
lam esse que adeo amaret maritũ suũ sicut
ipsa. Marcella matri sue interroganti si le
ta esset ꝙ virũ hr̃et. Respondit sic: intan/
tũ vt nolim amplius. Notate exemplũ de
turture. Tertia causa est ꝓpter pueros sũt
dure strene eos adducere q̃ gallice dicunt
paratre vel maratre. Tertiũ dubiũ: quare
ꝑsbr̃i nõ ducũt vxores. Prima causa est vt
fuiant deo mũde. Notate ꝙ ꝑsbr̃i legis ve
teris ꝑ tpe mysterioꝝ eoꝝ abstinebant ab
vxoribꝫ ad sciendã sacrã scripturã ⁊ eã ex/
ponendã. Et notate qđ dicit sctũs Augꝰ. I
nihil esse qđ adeo hoc impediat. Notate
de Tullio q̃ dixit se nõ posse intendere vł
vacare vxori ⁊ phie. Nota de irregularita
tibꝫ in grecia. Notate q̃ scia acq̇ri possit cũ
femina ⁊ q̃ nõ ⁊c̃. Notate de grecis q̃ ẞm
Bonauenturã ꝑdiderũt scripturaꝝ intel/
lectũ. Notate ꝙ fiunt nimis multi ꝑsbr̃i: ⁊
nimis mlti dñi. Unusq̇sqȝ calceator vult
hr̃e suũ capellanũ. Notate de sancto In/
nocentio. Notate ꝙ bonis possumus ab/
uti vt ẞmonibꝫ. Notate ꝙ essent mercato/
res. ¶ Secũda causa ꝓpter sponsaȝ ipoꝝ
eccl'iaȝ. quã spoliarent ⁊ ei furarentur ꝓpter
eoꝝ liberos ⁊ vxores. Notate de iuda. No
tate đ nepotibꝫ ⁊ đ stolidis mlieribꝫ: ⁊ quõ
sunt peiores furibꝫ. Notate quid faciat na
turalis amor ad ꝓmouendũ filios. Exem
plo bestiaꝝ que se faciũt occidi vt filios ea
rũ nutriant. Et ꝑ hoc multi dãnantur ⁊ ma
le ducunt in hoc mundo scienter. Notate
de illis qui nutriũt ꝯcubinas ⁊ quõ. ¶ Ter
tia causa ob nutritionẽ filioꝝ ipsoꝝ spũa/
liũ. Carnalis amor eos timere faceret ma
gnos: adulari mediocribꝫ: ꝯtẽnere ꝑuos.

Ideo ordinati fuerūt mendicantes vt nihil timerēt sed paꝝ ꝑdest extrinseca paupertas: ⁊ nocet si nimis lateat cupiditas. ideo nō recipiunt in testimoniū. Nota qꝺ sit expedientius vel eos hr̄e vel nō. Notate de sancto paulo q̄ nihil capiebat specialiter de audientibꝫ ɔfessionē. paupertas: iuuentus mali mores: errores: ignū: sicut ꝙ capiūt decimā. Notate ꝑdicatorē magis pficere si nihil capiat ⁊ nihil det. ꝑ donationē em̄ faceret hipocritas ⁊ ꝑ captionē dissimularet vitia ⁊c̄. Qꝺ rapere a mortis qꝺ nihil ē ⁊ minus existimaret. Notate de illis q̄ allegant inpotentiā caste viuendi. hoc est: q̄a nō fugiūt occasiōes. Notate q̄ peiꝰ agat p̄sbiter ɔcubinarius aut ⁊c̄. Notate ꝺ theologis nō vxoratis. Notate q̄re in p̄mitiua eccl'ia erant vxorati: qꝛ erant pauci: et ante ɔuersionē eoꝝ vxores habebant. Et sobrie vtebant matrimonio: nec adhuc ecclesia dotata erat. Notate ꝙ si ecclesiastici nō fuent fidem deo: nec etiam suarent in matrimonio. Et multi sanant casteꝙ viuūt q̄ si in p̄ncipio vxores ducerēt ⁊c̄. Notate de sacerdotibꝫ egypti: athenaꝝ: quibꝫ mille erant pene. Notate si sacerdotes cōcubinarij absoluāt. Notate si debeant audire misse eoꝝ. Fiet recollectio ⁊ finis. O dulcis iesu q̄ es verus virginitatis sponsus ⁊ legittimus castitatis amicus dulcis iesu sine malicia: sine ira: sine inuidia velis ꝑ intercessionē matris tue mūdissime ⁊ pure: velis ɔseruare pulchrā virtutē castitatem in om̄ibꝫ statibꝫ qui mō eā habent ⁊ renouare in illis q̄ eam amiserūt. Quō renouare: ꝑ penitentiā. Penitemini. Castitas pulchra ꝑ pn̄iam renouata facit vt adueniat nobis regnū dei s̄m tertiam ipsiꝰ orōnis dn̄ice petitionē. alioqn est deuastatio ⁊ horribilis ɔfusio. Regnū hoc decore est ornatū in quo est maria ioseph ⁊ iesus. Joseph est intellectus ⁊ maria voluntas. Jesus est gratia mediante qua iesus est tanq̄ subditus aliquo mō intellectui nr̄o ⁊ voluntati inq̄ntū imperrat ⁊ ɔcedit om̄e illꝺ qꝺ rōnabiliter voluerit postulare. Felix ē ꝑsona q̄ in se habet tale regnū talem supellectilem quā nobis ɔcedere velit pater filius ⁊ sp̄ussanctus Amen.

Dn̄ica p̄ma post octauas ep̄hie ex euāgelio Nuptie facte sunt. Cōtra Auariciā Sermo. Penitemini ⁊c̄.

Penitemini. qm̄

p auaricie viciū penitentia occidit. Cognitū vobis est: ⁊ ꝑ sermonē: ⁊ ꝑ picturā: miraculū de mutatiōe aque in vinū in nuptijs q̄bꝫ interet erant iesus maria ⁊ discipuli. Quo ad mysticum sensum. Si vinū deuotionis ⁊ sancte ɔsolationis deficiat in domo nr̄a ⁊ in habitatione nr̄a: ac in sp̄ualibꝫ nuptijs: q̄ ɔtinue celebrari debent int̄ deū ⁊ aīam deuotam in galilea: hoc est in mēoriā nr̄e mutabilitatis ⁊ transitus. Galilea transmutatio vl' regressio interp̄tat. ⁊ in chana. h̄ est in magno ⁊ singulari amoris desiderio: qui nec vult nec pōt pati alterius amoris saltē cōtrarij societatē. Si vinū inquā nobis defuerit ꝑ nr̄am culpam aut auariciā. Quid faciemus? Audite q̄d dicat misericordie mater ⁊ totius dulcoris ac pulchri amoris benedicto filio suo iesu. Uinū nō h̄nt. hoc durū est nunciū. Nam vbi tale vinū defuerit nō adeo iocundū celebrat festum Uinū letificat cor hoīs. Maledicta sit auaricia q̄ tale nobis aufert vinū. Obediamus dn̄e nr̄e faciamus. quecūꝙ dn̄s nr̄ iesus dicet nobis. Quid dicet nobis: vt repleamus ydrias ⁊ vasa cordis nostri aqua Nec aqua est aqua cōpunctiōis ⁊ lachrymaꝝ que haurit ex corde penitētie: vase fidei: ⁊ corda aut fune spei: ⁊ effundit ꝑ diligentē meditationē ⁊ memoriā nostroꝝ defectuū periculoꝝ ⁊ finis nostri. Peniteamus igit: hoc est dictū de p̄teritis peccatis ploremus ⁊ a futuris caueamus: sperantes ꝙ pia illa mater ɔquerat filio suo pro nobis: ⁊ nob̄ ip̄etret vinū h̄ deuotiōis: vt audiamus libenter ⁊ fructuose verba fieri ɔtra vicia: p̄sertim ɔ̄ maledictā auariciaꝫ Et nos te salutabimꝰ ꝓgo dignissima ⁊c̄. Si habuerim forte ⁊ plīrū ɔ̄ gulā ⁊ luxuriā certamen: velit deꝰ ꝙ fuerit ad pfectuꝫ ⁊ victoriā. supest aliud nō minus certamē aduersus cupidā auariciā: malā ⁊ insatiabilē bestiā: q̄ os hꝫ sil'e: sicut maris abissꝰ vel infernalis puteus. nihil em̄ iꝺm replet nihil apparet quicq̄d imponit. Ipsa auaricia ē turpissima ⁊ immūdissima ⁊ ad modū monstrosa. Querit t̄n nihilominꝰ m̄rimoniū ɔ̄here cū pulchra dei imagine hūano sp̄ū. o ifaustū ⁊ maledcm̄ m̄rioniū. o hūane creat sp̄us: q̄ tā nobil' es: tā pulcher: tā dignꝰ q̄re ꝫ quō auderes te iūgere ɔ̄here cū

crudeli hac raptrice cũ dãnata hec vetula
cupida scȝ auaricia? Certe alio mr̃imonio
dign⁹ es: nec illud ob̃tabis nisi tu q̃ tu mi
nus ipm̃ hẽas. Sȝ q̃d facit mõstrosa hec
bestia auaricia: vt coopiat turpitudinem
suã ⁊ deformẽ figurã se parat: ⁊ supinduc̃
palliũ: qd̃ appellat̃ iusta necessitas: ⁊ vite
ac status honestas q̃dq̃ optea secure ho
neste ⁊ sufficient viuere. Ipa tñ tollit oẽm
honestatẽ sufficientiã ⁊ securitatẽ. Sȝ q̃d
facit p̃terea illa? se in varias mutat figu
ras ⁊ spẽs. Modo dicens se esse fidã mer
catricẽ. mõ alicuius artificij feminã: inter
dũ eccl'iasticũ assumit habitũ: aliq̃n videt̃
aduocata vel procuratrix: vel iudex. deinde
se mutat i formã dñi ⁊ dñatõis. sicq̃ fasci
nat hũanas p̃sonas in singulis statib⁹: ni
si caueãt ⁊ nisi infortunatũ eius fugerint
mr̃imoniũ. Infortunatũ recte dico ipm̃ ⁊
A in bona fide ipm̃ valde est fugiendũ. oĩa ei
bona mr̃imonij ⁊ oẽs custodes de q̃b⁹ po
stremo locutus sum: ibi desunt. non adest
sacr̃m: nõ fides: nõ bonũ p̃lis. sed sacramẽ
ti loco est execratio. in loco fidei deceptio
in loco boni ipsius p̃lis: iniqua generatio
iesus certe ibi nõ est: nec maria nec discipu
li iesu. Et aqua nõ mutat̃ in vinum: nisi vt
sint falsa testimonia. imo semp̃ abũdat tri
bulatiõis aqua: ⁊ vinũ deficit sancte ↄso-
lationis. verũ est has nuptias fieri in volu-
tatõe ⁊ rotatiõe s̃m interp̃tationẽ hui⁹ di-
ctionis chana qd̃ interp̃tat̃ zelus. Notate
deitione q̃ in rota versat̃ s̃m poeticas fi-
ctiones. ⁊ s̃m verbũ euangelij de duob⁹ q̃
sunt in molendina. Exẽplo samsonis. Cõ
tra hanc monstrosam bestiã clamo vobis
Penitemini. Nã plus p̃ media p̃te iam de
cepti estis si eaȝ susceperitis. Penitemini.
Priusq̃ descendã ad declarandã illud qd̃
p̃posui audite: q̃d hodiernũ dicat euange
liũ: ⁊ q̃liter post sensum l'ralem ipsius: sum
psi sensũ meũ moralẽ ⁊ dicta mea. Nuptie
facte sũt in chana galilee: ⁊ ibi aderat mr̃
iesu. Iesus q̃ȝ vocatus fuit ad nuptias et
discipuli eius. Et cũ vinũ defecisset: mr̃ ie
O su dixit ei. Vinũ nõ hñt. Iesus autẽ r̃ndit
ei. Quid mihi ⁊ tibi mulier? Dixit mr̃ mi-
nistris. quecũq̃ dixerit vobis facite. Ibi
erant sex ydrie lapidee s̃m purificatiõȝ iu-
deoꝝ: quelibet duas aut tres ↄtinebat mẽ
suras q̃ noiabãt metretas. Iesus dixit eis
Implete ydrias illas aqua: ⁊ ipsi impleue
rũt vsq̃ ad orificium. Iesus aũt dixit eis:
haurite iam ⁊ date architriclino. id est ma
gistro domus. Dederũt ei. ⁊ cũ gustasset ar
chitriclinus vinũ ex aqua factum: ⁊ nesci
ret vnde esset. Ministri aũt nouerant qui
aquã hauserãt. Architriclinus vocat spõ-
sum ⁊ dicit ei. Omis hõ p̃mũ apponit vi-
nũ bonũ: ⁊ cũ inebriati fuerint tunc illud
quod nõ tam bonum est: ⁊ tu bonum vsq̃
mõ reseruasti. Hoc fuit initiũ signoꝝ iesu
in chana galilee: ⁊ ostendit gl'iaȝ suã: disci
puliq̃ eius crediderũt in eũ. Chana est iu
xta nazareth. iesus adesse voluit ad hũani
tatẽ suã cõicandã ⁊ ad mr̃imoniũ appro-
bandũ. He nuptie s̃m nõnullos fuerũt sã
cti Iohis euãgeliste. Et p̃pterea dña nr̃a
aderat tanq̃ de p̃genie illa. Nec tñ credẽ-
dum est q̃ aliq̃ cogitarũt q̃ in mr̃imoniũ
duceret mariã magdalenã: q̃m ipse paup̃
erat: maria ṽo magdalena diues. nec etiã
iesus fuit causã peccati sui impediẽdo suũ
mr̃imoniũ. ⁊ discipuli quoꝝ meminit hoc P
euãgeliũ: nõ erant duodecim ap̃li: sed aliq̃
discipuloꝝ sancti iohis. ¶ Iesus xp̃us sic
r̃ndit dñe nr̃e: vel ad demonstrandã diui-
nitatẽ (ad quã spectabat facere miracula)
nõ ei scȝ matri esse subiectã: vel q̃si diceret
defectũ esse in ministris: nõ in iesu: nec i ma
ria vel ad oñdendũ ne nimiũ trahamur p̃
carnalẽ amorẽ mr̃is vel cuiuscũq̃ alteri⁹
p̃sone p̃genici nr̃e. Notate q̃liter deus nõ
respondet nõ rogantib⁹: interdũ tñ facere
debemus quecũq̃ p̃cipit iesus xp̃s. Dña
nostra appellat̃ mulier sicut eua appellata
fuit in creatione sua: ⁊ est nomen p̃fectio-
nis ⁊ sexus: nõ aũt corruptiõis quẽadmo
dũ aliqui heretici dicere nisi sunt: ⁊ p̃pter
hoc dñam nr̃am nõ esse matrẽ iesu christi
cũ tñ p̃sens euãgeliũ prorsus asserat con-
trariũ. Dña nr̃a ↄfisa est de iesu xp̃i bonita
te. Et fuerũt vasa repleta aqua vt miracu
culũ esset clarius ⁊ notabilius: ⁊ tenebant
vasa illa veluti viginti aut triginta sextari
os vnũq̃dq̃. Et vinũ bonũ fuit: q2 dei p̃-
fecta sunt opera. Nec factũ fuit vinũ illud
ad inebriandũ: sed ad succurrendũ paup̃-
tati vel verecũdie sponsi ⁊ architriclini: q̃
erat magister domus: ⁊ erant tres ordines
mensaꝝ aut habitationũ. Qd̃ dicit omnẽ
hoiem bonum vinũ p̃us dare ad inebrian
dũ nõ est intelligendum q̃ bene factum sit
sed capit ebrietatem pro exhilaratione dis
cumbentiũ/ ⁊ p̃ liberalitate. vinũ in iocun-
ditate creatũ est, nõ in ebrietate. Auaricia

malo poculo inebriat: iesus fecerat prius a/
liqua sig̃ sicut in natiuitate alibi: sed euan
geliũ intelligit̃ de signis factis p fidẽ pu/
blicam ⁊ in apto. Nuptie ille facte fuerũt
P in die ephiei anni reuolutõe Reuertamur
ad materiã nr̃am/⁊ omittamus oẽs alias
mõ morales aut mysticas expositiões q̃ fi
eri possent ſm diuersos nuptiaꝝ modos.
In nuptijs auaricie cũ hũano spũ/p sacro
est execratio ⁊ maledictio fidei loco dece/
ptio. In loco bone sobolis pũersa genera
tio. Dicamus primũ in generali. Quid est
auaricia: Auaricia est voluntas ⁊ deside/
riũ hoĩs acquirendi vl' retinendi aliter vl'
aliã rem q̃ rõ det aut pmittat. Et põt ista
volũtas dũtaxat esse ad intra/vel sese ostẽ/
dere p opus. Volũtas ad intra si simplex
est ⁊ sine õditione hñdi bona alterius vel
retinendi pter rõnẽ aut p media nõ õueniẽ
tia/vel aliter q̃ aptũ sit aut dignũ/vel p ni
miã curiositatẽ ⁊ cupiditatẽ ne pmittat ser
uitiũ fieri deo ⁊ cogitari de eo/est peccatũ
mortale/ vl' ob malũ finẽ/postq̃ õsensus ẽ
oĩno deliberatus. Notent̃ ptes ⁊ declarẽt̃
Sunt q̃dam q̃ dant/⁊ reb9 semp abundãt
sunt q̃dam q̃ rapiũt ⁊ semp esuriũt. Auari/
cia que se nõ declarat ad extra est in opib9
que reduci pñt ad quattuor spẽs tanq̃ ad
quattuor filios vel filias. Qñ cupida aua
ricia se iungit hũano spũi/ pũertum sub spẽ
alicuius bone mercatricis loco benedictio
R nis sacramẽti/execrabilis dat̃ maledictio
p os creatoris scripture ⁊ creature. Deus
maledixit serpenti in hoc q' comederet ter
ram nec se in altum erigeret. hũanus spũs
auaricie iũctus istam incurrit maledictio
nẽ: q' dentib9 acutis cupidoꝝ desiderioꝝ
terram comedit. Nõne terra est oĩus ter/
rena substantia aurũ argentũ ⁊ res similes
Certe ita: has res auarus deglutit p desi/
deria/⁊ deuorat ⁊ retinet p ardentem ⁊ ra
pidam cupiditatẽ in stomacho spũali aĩe
sue que põt dici memoria sua aut recorda
tio. Et de hoc loco capit sepe hmõi escas
terrenas ad eas ruminãdas vel rodendas
denuo p cogitatões fere õtinuas/ipm aua
rũ quiescere nõ sinentes. Tales auari assi
milantur talpe/ que viuit in terra: ⁊ terra
cooperit̃/nec videt quicq̃ saltem in die. hi
sunt maledicti ter in Apocalisi p os ange/
li: ve ve ve habitantib9 in terra. quẽadmo
dũ sunt cupidi. ⁊ q̃uis cupidus nihil vide
at in bonis spũalib9. est tñ securus ⁊ caut9
tanq̃ serpens in factis suis terrenis. sicut
aliqui dicere volũt talpam videre in terra
filij huius seculi ⁊c̃. Lupus implet se terra
ad deijciendã vaccam vel bouẽ/⁊ auarus
terrenis cogitatiõib9 ad õfundẽdos alios
⁊ deuorãdos nõ est mirandũ si talis infla/
tus sit põderosus ⁊ indispositus nec q̃cq̃
cognoscere possit bonoꝝ spũalium. ¶ Se
cũda maledictio est a sacra scriptura/ q̃ p/
cedit ex ore dei. ⁊ q̃uis tales maledictiões
sepius reperiãt̃ ⁊ causent̃. sufficit mihi de il
la/q' maledictus q̃ prez suam/facit deterio
rẽ. Et iterũ. Ve qui pdaris. q' pdaberis/ ps
spũs est deus: nulla est alia portio q̃ cũ sa/
tiare possit. dñe fecisti nos ad te ⁊ inq̃etũ ẽ
cor nr̃m ⁊c̃. Aug. li. õfes. Est pulchra ⁊ ma
gna ps. nimis cupidus est is cui ps talis
nõ sufficit. vel nimis infelix q̃ eam recusat S
⁊ tu auare refutasti eam ⁊c̃. interdũ p vno
denario quẽ fortassis nunq̃ habebis. De
us ad te venit sine auro vel argento: tu eũ
recusas. diabolus tibi aurũ apportat ⁊ ar
gentũ/vel solũ vanã spem tu ipm mox reci
pis tu recusas portionem p̃ciosoꝝ ciboꝝ
spũaliũ ppt' fumũ ⁊ terrã/paul9 q̃ erat tã sa
piens nõne iudicabat oĩa terrena/ sic ster/
cora: Omĩa inq̃ens arbitratus sum vt ster
cora Ad Phil. iij. Et accidit sepenumero
vt comedere õpellat̃ auarus h̃ qd acq̃siuit
p spoliationẽ vel aliter. Etiã qñq3 illd de/
uorare cogit̃ exẽplo impatoris q̃ vtebatur
officiarijs suis sicut spongia. mittebat eos
impleri. deinde eos õstringebat/ tollendo
ab eis q̃ male acq̃siuerãt vt caderẽt in pau
perẽ acq̃sitiõz. Illud etiã apparet in ludis
taxilloꝝ. Exemplũ de sanguisuga q̃ sugit
malũ sanguinẽ/⁊ inde morit̃. Vbi st' opes
⁊c̃. Diues spoliat ⁊ spoliat̃/comeditq3 vel
p dñ̃os suos aut domesticos aut p vxorẽ/
aut p taxillos aut p adulatores aut p fures
Facit thesaurũ suũ de ira dei. ⁊ malus est
thesaurus. Thesaurisas tibi iram dei ⁊c̃.
Captat se in laqueis in retib9 ⁊ captiũcu/
lis q̃ auaricia ei in terra abscondit ac po/
nit in sua putredine quiq̃dẽ laquei tã sub/
tiles sunt: vt interdũ vix etiã doctus eos
cognoscere possit/⁊ iudicare de eis. Et du
cunt̃ in desperationẽ in õfessiõe auari ppt'
restitutiõis modũ. vel q' nullus opinatur
aut pcipit se esse auarũ. ¶ Tertia maledi/
ctio est p seipm/sepe maledicendo sibiipsi/
p impatientiã aut ob lucrũ hoc patuit de
theophilo qui propterea se dedit inimico.

pauperes ꝛ alij ipsi maledicūt. etiam intātū oēs creature ipsi maledicūt. inq̄tū auaricia ꝯtra eaꝝ est naturā. Omnis res naturalr desiderat expandi ꝛ cōicari vt cō

T sol. ignis ꝛ alia oia. ꝓpterea cantat auarus. Benedicite oia opa dñi dño. Omnia opa dei nō dere pñt. id facimus. sed tu ipse maledicis, ꝛ dictis ꝛ factis: ꝓpterea te maledicit ꝛ nos te maledicamus. Penitemini de ṗdicto matrimonio. nō libenter q̇s comederet escam maledictā. Vnc fieri pōt repudiatio que melioꝛ ē cita q̄ꝫ tarda. ꝛ melioꝛ tarda q̄ꝫ nulla. Auaricia ṗterea nec fidem fuat/nec fidelitatē marito suo cui desponsata est hūano vicꝫ spūi. Promittit ṗmū sufficientiā/securitatē. ṗtātē libertatē/requiē/ꝛ iocunditatē. affert tñ oia ꝯtrium. Nulla est in auaricia sufficientia q̄nto plura hꝫ auarus/tāto mag̃ cupit/moꝛe idropici q̇ q̄nto magis bibit/tanto magis sitit Ignis q̄nto plus habet lignoꝝ tanto magis ardet Aqua salsa q̇ magis gustatur coamplioꝛē sitim adducit quo plus sūt pote plus sitiunť aque ait ouidius. Exemplum de tantalo qui vsqꝫ ad mentū est in aqua ꝛ tñ bibere nequit. Exemplū de q̇dā serpente q̇ dipsas noiať/q̇ vriť siti in medio fontis Et q̇dam alius mori facit siti. Exemplū de myda q̇ optabat quicq̇d tangeret oē id fieri aurū: ꝛ mortuus ē fame. Coꝛ ē qd sitit argentū ad extra: ꝛ tñ solum est vētus ꝛ res vana. ꝛ sic de oībꝫ rebꝫ: q2 nō replēt neqꝫ satiant/sed secū suā afferūt indigentiā. hoc apparuit in diuite q̇ volebat granaria sua ampliare ꝓpter ṗcedentis anni fertilitatē. inopem me copia fecit dicit tantalus. Et q̇ mľta hꝫ multis indiget. Quia auaricia ignis est/ꝛ bona sunt ligna. Notate ꝙ q̇ assumit equū opus est sibi famulo. deinde opus est eū nutrire ꝛ audire eius ritas ꝛc̄. Qui sunt famuli sunt oblocutores sunt simee sūt amari rasores ad minus multi. Vis hic sufficientiā opus est: vt tollas pueris desiderij sitim. Non ditaberis

V ꝓ plꝰ habere sed ꝓ minus desiderare. Cupiditatibꝫ detrahendū dicit Seneca ꝛc̄. Notate de alexandro. Notate de multis bñficijs. Et quō de superfluitate fit necessitas. Exemplū de illo q̇ ridendo dūtaxat duos lucrabať denarios. Sed q̇ ad securitatē accidit sepius ꝙ q̇ magis hꝫ minus est securus. hō vacuꝰ ꝛ paup cantat ꝑ nemora sine timoꝛe latronū: vt ait iuuenal. Diues timet oēs. timet dños/timet amicos suos timet ꝛ inimicos. Exēplū de q̇dā calcioꝝ refectoꝛe q̇ cantabat. cui diues q̇dam adiecit sacculū argento plenū: q̇ postea fuit melancolicus meditans q̇d nā acturus esset. Notetis de duobꝫ muribus. ¶Accedamus scdam ꝓmissionē quā facit auaricia. pollicetur ꝛ iurat libertatē. Est ꝫ ꝑ fidē meā deceptō ingēs. nā fuituť adducit grauissimā verecūdāqꝫ ꝛ onerosam q̇ tanto ꝑe constringit ꝛ incarcerat cupiditate: vt pauper hūanus spūs plerūqꝫ nō inueniat euadendi modū. Interrogate vt dicit sctūs Ber. aliquē diuitias hñtē (male loquoꝛ: sed quē hñt diuitie: viri diuitiarū) interrogate si hi q̇ dimittūt oia vt fuiant deo in religiōe benefaciāt. dicꝫ ꝙ sic. Fac igiť eo mō dices ei. Ipse se fricabit ꝛ dicet se nō posse h̄ facere. Quō si es magister diuitiaꝝ tuarū/tu ṗcipere debes ꝛ ipse obedire. O auaricia q̄ꝫ dura es magistra. nihil tā asperū est/aut tā difficile q̇n ipm ṗcipias ꝛ facias ꝙ obediať tibi. Dicis vt eať ꝑ terrā/ꝑ mare/ꝑ caloꝛē/ꝑ frigus extra domiciliū/dimittēdo vxoꝛē ꝛ liberos facis vt obediať tibi. Impiger extremos currit mercatoꝛ ad indos. Per mare pauperiē fugiens ꝑ saxa ꝑ ignes. ṗcipis nō bibere nec comedere/viuere modico vestitu/mori frigoꝛe/spinis affligere pedes ad ꝑcendum calceis/facis etiā ne ꝯsumanť calcei. Curas vt tibi obediať precipis vt fuitiū ṗsteť inimico crudeli/q̇ paratus est in infernū rapere ꝑ peccati

fuituť. Ah q̄ꝫ vilis fuitus. facis tñ vt tibi ṗstetur obedientia. Precipis adulari diuitibus/ꝛ complacere omnibꝫ qui conferre possunt diuitias/ꝛ timere oēs qui ipsas tollere possunt/facis vt tibi obediať. Auaricia dicit. itur/dicit veni/venitur. dicit iura peiera/vende deum sicut iudas. fit. dicit ꝙ ponať sup collum spūs sui ingens molaris/vel terrenaꝝ occupationū pondus/ad obligandum magis: magisqꝫ animam suam diabolo. Et fit. Dicit vigilare vsqꝫ ad diem. Quare vigilate ad labendum ꝓfundius in inferni foueam. fit. hec est ad modum parua libertas. imo vere durissima ꝛ ad modum verecunda seruitus. O mihi dic quid sit seruitus si eiꝰ cōmodi facere sit libertas? Dicamus finaliter de tercia promissione que est promissio requiei ꝛ iocunditatis. Cum habueris inquit auaricia diuitias quiesces et deo seruies.

O ciues ciues querenda pecunia pmū ṽ/
tus post nūmos ⁊c̄. mentit̃ deuoti hoīes
ipsa mentit̃.nō ei fidem adhibueritis po/
tius iesu xp̄o credatis q̄ vocat hꝰ mūdi di
uitias spinas ꝓpter duras puncturas cu/
rarū solicitudinū ⁊ melancoliaꝝ que pfo/
diunt aīas vsq̧ ad viuam carnē. imo vsq̧
ad dolorosum languorē.imo vero vsq̧ ad
amarā mortem deducūt. Et certe miser est
p̄sertim christianus q̄ tibi credit o auari/
cia in pmissiōe tua cū iesus christus ↄtra/
riū affirmet. Et experientia ad oculum de
claret. Qualis stulticia est (vt dicit Oraci
us) esse semp miseꝝ ⁊ in tribulatōnibꝫ ppt̃
spem vt aliq̄ndo sis ociosus ⁊ sine tribula
tionibꝫ? Quilibet hō requiē desiderat et
nullus eam adipiscit̃: quia ab auaricia ali
orsuꝫ trahit̃. O deus optie ⁊ potentissime
quid hoc sibi vult q̧ auaricia a mūdi ini/
tio nūq̧ mentiri cessauit ⁊ suā violare fidē
Et stulticia hoīm talis est/q̧ ei credant/q̧
se ei p matrimonuū ↄiungant/Cuius videa
tur certissimē q̧ omnino ad nudum spoliat
saltem in exitu.scꝫ in morte/⁊ tradit omnes
illos q̄ de ipa auaricia penitentiā nō agūt
inferni patibulo ⁊ igni pennis damnatio
nis hoc saltem expediret ne deinceps ali/
quis tali credat magistro/nec eam sibi in
sponsam assumat/que sufficientiā ꝓmittit
⁊ securitatē ⁊ timorē adducit atq̧ indigen
tiā ꝓmittit ptātē ⁊ libertatem.reddit serui/
tutem ⁊ impotentiā/⁊ demū ꝓ requie ⁊ se/
curitate ducit aīam ad amaritudinē ⁊ om
nē miseriā. Cōfidite ergo.imo ↄfidere no
lite. Violat em̄ fidem/nō illi ergo fidē ser/
uaueritis. Deuoti hoīes nōne sufficere de
beret vt vobis videt̃ qđ dictum est ad fu/
giendū maledictū ⁊ illegittimū matrimo/
niū hūani spūs cum auaricia? Ita ꝑfecto
Sed adhuc peius est q̧ ipsa nec fructum
affert nec bonā ꝓlem q̄ntū ad tertiū matri
moniū bonū. Utinam sufficeret hoc vt ma
ledicta hec sponsa sterilis esset.taliter vt ni
hil boni afferret/nec etiam quicq̧ mali. sꝫ
heu ↄcipit dolorem ⁊ parit iniquitatē/quē
admodū dicit ꝓpheta. Est ꝑuersa genera/
tio ipsa mr̃ est oīm turpiū deformiūq̧ vi/
tioꝝ. Credite nō mihi sed ap̄lo qui eā vo/
cat radicē oīm maloꝝ. Ipsa parit p̄cipue
spiritui qui cum ipsa iungit̃/damnabilem
infidelitatem quo ad intellectū/insatiabi/
lem ↄcupiscentiā quo ad voluntatē.⁊ mi/
serabilē terminū quo ad omē id qđ est hu/
mana creatura. Ap̄li auctoritas nominat
hanc triplicē maledictā ꝓlē auaricie cū in
q̄t. Quā multi ⁊c̄. ¶ Post q̄ ostendimus
haꝝ nuptiaꝝ miseriā ministri sūt adulato
res) auaricie.s.cū hūano spū.ibi q̄ꝫ nec cē
sacr̄m nec fidē.nec bonā sobolē. Loq̄mur Z
paululū de haꝝ nuptiaꝝ appatu. Primi
sunt adulatores q̄ ducūt notā ṽboꝝ suoꝝ
ſm desideriū sponsi. Et q̄ falsa dicendo ⁊
mentiendo incantatiōe ludūt taliter q̧ de
turpi auaricia apparere faciūt magnā ex/
cellentiā aut sapientē iusticiā. Famuli sunt
ꝓprij pueri aut illi de ꝓgenie q̄s desiderāt
aut cupiūt ditare/ideo vident auariciā tā/
q̧ pulchrā honorabilē delectabilem ⁊ vti/
lem q̄ntūcūq̧ sciant ipsam esse turpē ⁊ in/
honestā. Presbr̃ q̄ sponsalia facit est mise
rabilis inimicus cū omi sua vi ⁊ catherua
q̄ adest. Architriclinus est sugbia scꝫ mgr̃
domus. Sugbia em̄ oīs supare vult ⁊ p̄
oibꝫ se ostentare. Jesus xp̄s/maria ⁊ disci/
puli nō intersunt festo nuptiaꝝ nisi in q̄tū
maledicūt̃ exprobrant̃ ⁊ negant̃. Puer lo
co benedicite dic̄ maledicite/⁊ in loco gr̄a
rū est sepe subsānatio. Eccl̄ia sepe est cau/
pona in parochia inferni/ybi est sepultura
Sepultus est ⁊c̄. Cibi sunt pauꝑes ꝑsone
⁊ omnia bona coꝝ q̄ sunt comesta ⁊ corro/
sa ꝑ auaꝝ/sic̄ solet dici. Isti vsurarij come/
dūt me ⁊ bona mea/equū aut vaccā meā.
Est ibi horrēda comestio silis poliphemi
comestioni/q̄ viuos deuorabat hoīes ⁊ bu
siridis q̄ eos equis suis dabat.⁊ isti nutri/
unt eq̄s eoꝝ.⁊ hec comestio q̄ ↄdimēto in
structa est? Cōdimento inferni. Et sunt ci
bi illi vsq̧ adeo salsi: vt malꝰ ille diues diu
post arderet mala siti in inferno ⁊ adhuc
ardet. Intermixti cibi sūt imūdi porci car
nalitat̃ referti imūdis ⁊ indecentibꝫ ṽbis
Balline matre ⁊ sicce inaniū verborū vel
subsānationes ⁊ colubri ire ⁊ inuidie. Ca A
nes sunt q̄ allatrant ⁊ detrahunt vnicuiq̧
bone ꝑsone. Bonū q̄ꝫ deest vinū qđ ē spū
alis ↄsolatiōis vinū ⁊ abūdat aqua turbu
lenta ac limosa carnaliū voluptatū. Con
tingit bonā sapie aquā p̄ūtari ⁊ sancte scri
pture panē.sed panis ↄuertit̃ in fel/puteꝰ
⁊ aqua in modū q̄ndā aceti ꝑ miraculū ini
mici q̄ adest talibꝫ nuptijs ⁊ ꝑ exhortatiōꝫ
mr̃is sue iniq̄tat̃. Qđ est h̄ vinū. Fel vinū
eoꝝ/⁊ venenū aspidū insanabile vinū dra
conū aspidum insanabiliūq̧ serpentū vi/
nū h̄ inebriat/soporē inducit ⁊ intoxicat,

vniuersos accubentes in aula. Est vinum
erroꝝ ꝯtra oēs bonos mores sanctã ꝙ reli
gionē. Oēs ipsoꝝ triū statuū magni me/
diocres ꝛ parui bibūt: interdū null⁹ euadit:
nec sapiēs, nec stultus, nec senex, nec iuue/
nis ꝛ oēs sunt cognati. Uinū hoc bibit̃
i calice babilonice ꝯfusiōis ꝛ ꝓcedit de ra
cemo q̄ est ex felle ꝛ de botro amarissimo.
sicut dicit Moyses. Et q̄ nō bibit multū
de tali vino, irridet̃ tanq̄ꝫ stultus ꝛ futilis
vos videtis ad lrām. Uinū h̄ ꝛ hi cibi ob/
liuisci faciunt fraternitatis atq̄ꝫ amicicie.
Notate mihi frēs duos germanos q̄ opti
me mutuo se ꝑus ament / date illis bibere
de vino hoc in diuisione hereditatis eoꝝ.
statim videbitis fraternitatē deficere / spō/
sa est dña auaricia que est magistra: vt di/
ctum est. Sponsus est fuus ꝛ miser sedu/
ctus ꝛ excecatus semꝑ edens ꝛ ꝯtinue ma
iori fame affectus. Exemplū de rege sutrio
quia insatiabilis ibi est fames ꝛ facit edere
tāq̄ꝫ int̃ dormiendū: velut si comedat dor/
B miens ꝛc̄. O deuoti hoīes vos oro nonne
est somniū quo ad oīa que facimus in h̄
mūdo / si ea nō vertamus ad deū amanduꝫ
ꝛ honorandū. hac comparatione vtit̃ ꝓphe
ta cū dicit ꝙ viri diuitiaꝝ dormierūt som
nū suū ꝛ postea nihil inuenerūt in manib⁹
eoꝝ cū fuerunt experrecti / hoc est in mor/
te. h̄ accidit in illis q̄ somniauerūt diuiti/
as ꝑpetuo esse suas: sed tunc vident ꝯtra/
riū: sed hoc tarde est. Notate de corona re
gis Caroli. Expgiscamini igit̃ bōi hoīes
expgiscamini ꝑ pniam: nō dormiatis tam
fortiter / sicut glacies in hieme quā excita/
re oportꝫ ardore. Certe mihi credite dūta/
xat somnus q̄dā est qđ cernitis oīe respe
ctu veritatis ꝛ diei que est in ꝑadiso. Oīe
aliud nisi vmbra est ꝛ vanitas. Uere diui/
tie quas querere debetis / in deo sunt. Naꝫ
ipse oīe bonū nostrū est: ꝛ solū est vmbra
de supradictis mūdanis reb⁹. Ideo stul/
tum est velle vmbrā colligere ꝛ veritatē re/
linquere. Exemplo cuiusdā fatui in q̄dam
horto existentis q̄ vidit solem vmbrā dare
cuiusdam antique arboris fructib⁹ onera
te sup vrticas ꝛ spinas sub arbore existen
tes. Fatuus ille opinabat̃ capere vmbraꝫ
fructus illius ipm̄q̄ꝫ comedere ꝛ se saciare
sed lesus fuit a spinis ꝛ vrticis ad grauem
vsq̄ꝫ dolorē, nec tñ se satiare poterat. Nec
historia ꝑfecto nos tangit stultiores su/
mus tali stulto, cū querimus verū fructuꝫ

in huius mūdi spinis: ꝛ relinq̄mus arbo/
rem que verū dat fructuꝫ. Consilio stulte
auaricie que stultos facit oēs se ei deden
tes. Penitemini ꝛc̄. Burgensis status pa/
nem comedit bñdictū. Labores manuuꝫ C
tuaꝝ ꝛc̄. Usura se ꝯiūgit statui burgēsi ꝛ so
rorē mali ꝯtus / ꝛ tripliciter sese variat. In/
terdū tota est denudata interduꝫ fucata ꝛ
palliata interdum occulta ꝛ celata. Usu
ra denudata est vsura que clare se ostendit
ita ꝙ vnusq̄sq̄ꝫ eam cognoscit. Est quādo
mutuādo pecuniā ipsa restituere facit pl⁹
argenti indies s̄m ꝙ vsura maior est aut
minor. Nec vsura reprobata est / nec opus
est imorari: q2 deus totus mundus / fides
christiana / ꝛ antiq̄ lex: lex q̄ꝫ nature ꝛ oīa
iura ipsam reꝑhendūt. q2 sumit vtilitatem
magnā ad alterius dānū, de hoc qđ suum
nō est. Uere suū nō est argentū qđ mutuat
alteri vt vtat̃ eo: q2 vsus separi nō potest a
dñatione vel possessiōe. Usura talis sepa
rari debet ab ecclesia / quo ad hoc ꝙ nō re
cipiat absolutionē suā quo ad hoc vt vsu
rario negent̃ sacramēta. vel extrema post
mortē sepultura, nisi vera penitentia ipsaꝫ
expellat. Uera dico q̄ restitutionē includit
Tabelliones vl̃ notarij lr̃as suꝑ his ꝯtra
ctib⁹ facere nō debent sub pena amissiōis
officioꝝ suoꝝ. nec dñi eoꝝ sigillare debēt
lr̃as ꝑ leonis facultatem. nec sustinere eos
debent in terra ipsoꝝ sub grauibus penis
Notate de famulis vel illis q̄ accipiūt ele
mosynā aut oblationē ab eis. Si vsura se
iungat cōmunitati danti ad vsuram. oēs
qui ꝯsentiūt ꝛ ꝑticipant sunt extra statum
salutis. Homo obligare se nō potest / quin
postulare possit hoc qđ nimis dedit vsura
rio. Sed nō debet postulare fructū qui in
de ꝑuenit ꝑ alterius industriam / nisi clare
ostendat dānū suum ꝑditionē suā ꝛ suū in
teresse. interea ꝙ alter habuit pecuniam
suam. Nec vsura oīno restitui debet ꝑn
cipali cuius est damnū vel suis heredib⁹
si mortuus sit vel ad bona ꝛ pia opera da/ D
ri debet ꝑ ꝯsilium p̄lati vel penitentiarij si
habeat facultatem. Recipere ad vsuram /
potest fieri sine peccato in casu necessitat̃
bene vtendo peccato alterius / cuꝫ ponere
pecuniam suam in manum alterius de se
malū nō sit. sicut malū nō est / reuelare ar/
gentū suū latronibus / ad ipsum succurrē/
dum ne ipse occidatur. Ad hoc tamen ne/
mo alius inducēdus ē. ¶ Usura occulta

est que dūtaxat in cogitatione ⁊ intētione
est que se occultat in tali secreto nec se ostē
dit nisi p ↄsciētie relationē. Emere frumē
ta adhuc in herba. vel vina ante vindemi
as p ꝓcio puo ꝓpter alterius indigētiam:
est ne peccatū: Si hoc fit eo ꝙ alius ven/
dere vult frumenta sua in sufficienti ꝓcio
⁊ ad succurrendum venditoris indigentie
vel ꝓpter familiā ementis. h bene fieri pōt
⁊ intentio iudicat totū in hac scḋa vsura.
Emere ad soluendū in certo termino ⁊ ca
ride: fieri pōt: ꝓpter certam que habet lu/
crādi intentionē. Et sine hoc vt venditor
quicꝙ perderet p hoc ꝙ suo careret argē/
to. Si vero venditor potius vellet mo/
do habere decem francos ꝙ̄ in pascate
duodecim: ꝓpter suum interesse: hoc fieri
pōt. Emere frumentū nouū ad reddendū
vetus cū fuerit carius ſm cōem cursū: ma
lū est nisi excuset intētio. Comodare aliq̇d
ad habendū obsequiū aut ſuitiū alterius
vt labores vel vadioꝝ vsum ad vtilitatē
sicut alicuius vestis aut equi: vsura est: si
intentio puersa sit. pōt tñ satis intelligi ꝙ
is cui comodat̄: obligabit̄ comodanti ſm
amicicie fidē: sed nō ad certas res que in
puisione iacent. Comodare ad terminum
sub certa pena: de se licitū est: nisi intentio
corrupta sit. hoc ē nisi comodans potius
amaret penā euenire ꝙ̄ argentū suū: ꝓus
E sibi restitui. Habere vaccas ⁊ oues cū ali
quo ⁊ ad pditionē ⁊ lucrū: fieri pōt. Sed
oēs ↄtractus claudicantes de se reproba
ti sunt. Vocat̄ ↄtractus claudicans: cum
vna pars est in securitate lucrādi quicq̇d
eueniat: nō aūt alia. vt dare vaccā p decē
solidis singulis annis: ⁊ sp vaccā restitui
debere: etiam si moriat̄. vt dare decē fran
cos p centū in vno anno. ⁊ in fine anni cē
tum francos. Sicut redditus ad vitam ⁊
in fine oīe argentū suū. Secus est si a ca
su ↄtractus fit: ꝙ̄uis postea bona equitas
cōpensare debet si videat̄ notabiliter reci/
pi vltra argenti valorē: pōt comodari alte
ri res ex qua pdit vtilitas ⁊ que peior effi/
cit̄ aut deuastat̄ vtendo ⁊ a qua vsus repa
rari pōt a possessione: vt equi oues tunice
mantilia argentea vasa vel stannea. Pōt
haberi societas in mercimonijs lucrando
⁊ amittendo. vnus q̇dē dabit argentū suū
alter ꝓ eo penā faciet. ¶ Palliatā vsurā vo/
co falsam mercantiā aut cōmutationem si
ue in vna re fuerit siue in alia. Et cognosci

tur vno triū signoꝝ. Primū p hoc ꝙ res q̄
vendit̄ / alia est ꝙ̄ ipsa esse dicatur aut ꝙ̄
appareat. Est auricalcū ⁊ vendit̄ p auro.
est plumbū ⁊ vendit̄ p stāno. est simplex cal
cius ⁊ vendit̄ p calcio ex corio cordubēsi.
Est liber aliquis ⁊ p alio vendit̄ libro. est
vna herba ⁊ vendit̄ p alia. Scḋm signū ē
in q̄litate vendes malū aurū ⁊ durū ac fa/
ctū p artificiū aliqḋ vel mixtionē: p auro
bono ⁊ puro. Ostendes mihi bonas lr̄as
ad libꝝ aliquē mihi scribendū: deinde scri
bes male. bonū piscē vl' bonū vinū: ⁊ post
ea malū dabis. Vendes mihi equū aliquē F
p bono sano ⁊ integro: ⁊ ipse tussim patit̄
Tñ hic sciendū est aliq̇s esse defectus: q̇ se
declarare possunt ad extra vnicuiqꝫ: ⁊ ta/
les dicere ñ opt̄et. mō remittat̄ ob id iustū
ꝓciū: Aliq̇ defectus q̇ secrete sūt ſm deū et
ↄsciam dici debēt: ac ſm leges ciuiles. Et
etiā p fortiori rōne: nō q̄rende sunt cautele
plus equo postulando vel in tenebris vel
p celationē rei venalis: aut oñdendo oīa
esse alia. Pro regula generali tenēdū: ꝙ q̇/
tiens vendis charius ꝙ̄ iustū expostulet ꝓ
ciū: peccas. ⁊ ad restitutionē teneris. Bo/
nus famulus: iustū ꝓciū: qḋ tenet librā: et
cōpensat res venales ex vna pte: ⁊ ꝓciū ex
altera: ⁊ desponsauit iusticiam dei filiā: gi
gnitqꝫ bonū ac ꝓbū hoīem legalē acq̇sitio
nē. Iustū ꝓciū est ſm bone fidei ⁊ eq̇tatis
estimationē qḋ ponere pōt dñs vel plat⁹.
Estqꝫ res secura hīe ↄsiliū: qḋ intelligitur
tā de vendente ꝙ̄ de emēte. Notate histo/
riā ⁊ exemplū sancti Aug⁹. de trini. Oīs
care vendere volūt: ⁊ emere vili. Et de illo
qui restituit ꝓcium. h deduci pōt in factis
⁊ in familia q̄ interest mercimonijs: pt q̄z
cōpensari vnū lucrū p aliud. Exemplū de
pigmentario q̇ habebit puisionē multarū
reꝝ q̄ sument̄ in fine anni. hoc deduci pōt
Si defectus est ꝓpter ignorantiā tuam ⁊
negligentiā: nō debes decipe alteꝝ nec de
ducere illam pditionē: sicut in equis ⁊ fal/
sis monet': ferentib' piscib'. Si dom⁹ tua G
cōbusta sit. Si res facta fuerit melior p
industriā tuā ⁊ laborem: vl' p tua picula ꝙ
ibi nō est tanta abundantia pannoꝝ sicut
in loco ex q̄ venis: pōt cōpensare h: ⁊ cari
us vendere. Hic sunt sex casus reprobati
p ꝓbū hoīem legalem acquisitionē: qñ res
nō est facta melior p suā industriā. ⁊ qñ eā
sine damno ſuas: ⁊ nihil pdest reipublice
imo ei obest: sicut hi q̇ faciūt adinuicē cō/

spirationem vendere ad certum quoddaꝫ
p̄ciuꝫ vt vnus qui emet om̄e ferrū aut oēs
libros vel frumēta alicuius ciuitatꝭ vel pa
trie: vt vendat in precio quo ipse voluerit.
Uel q̄ndo es p̄sona ecclesiastica: ꝛ debes
ꝛ potes aliter victum tuū acquirere. Cum
in locis sanctis p̄hibitis: ꝛ in festis p̄ceptꝭ
facis ꝯtractus tuos. Uel quādo hoc facis
p̄ncipaliter ad cumulandū sine necessita
te in aggrauationē ꝛ grauamen alioꝝ. Ter
tium signū est in q̄ntitate: vt in mensuris
vini aut frumentoꝝ: aut malicijs: vel faci
endo p̄ maliciam rem aliquam ponderosi
orem q̄ꝫ sit: vt madefaciendo lanā ꝛ simili
modo. vel cum sartor furatur pannū: aut
tuccetarius carnes vel caseum: vel pelliū
artifex pelles. Facere falsa op̄a: falsas res
in singulis artificijs. Cognosci potest per
hec tria signa: si quis habeat artificium
quo male vti possit vel bn̄. Aliter fieri po
test si intentio bona est: ꝛ si ecclesia patiat̄
de illis qui inuenīūt inuentiones nouas
ꝛ ꝯsuetudines in habitibus. ¶ Mercatu
ra querit de iuramentis si om̄ia sint mor
talia ꝛ tenenda: si nō sit efficiendū vt īmi
nuat̄ p̄cium posteaq̄ꝫ venditor iurauerit
D certum p̄cium: si in festis diebus ꝛ in eccle
sijs fieri possint venditiōes: sicut fiūt mul
te mercimonie. Respondeo tibi: aut cū iu
ras extistimas te dicere veritatem: ꝛ ita sen
tis in corde tuo. Et si iuramentū est de re
bus p̄teritis vel p̄sentibꝫ: non peieras: nisi
fortassis tua te accuset negligētia. Si sit
de re futura honesta ꝛ tibi possibili: eaꝫ te
nere debes: ꝛ cum p̄mū nō eam tenere vis
peieras. Si scias te mētiri nec tec habere
mentiōem in corde tuo deum vocandi in
testimoniū: nec te obligare in corde p̄ iura
mentū peccas grauiter: q̄ꝫuis quo ad deū
piurus nō sis. Nec obligatus p̄ iuramen
tum fuare quod solo ore iuras. Si intelli
gas conditionē in corde tuo: vt dicendo:
tantū dabis p̄ hoc. intelligo si tu vis: est
aliqualis excusatio: sed nō sufficiens: p̄pt̄
extrinsecum scandalū. Notate de directio
ne intentionis sicut gubernator nauis p̄
h̄ q̄ iurans exponat ꝛ dicat iuramenti sui
ꝯditionem. Dico vlterius bene actum esse
si nihil post talia emeretur iuramenta: ꝛ p̄
sertim si iurans nō exponeret intentioneꝫ
suam. sed nolo ementē ad emptionē obli
gatum esse. Bonū est etiam non inducere
iurantem: vt cito iuramentū suū faciat: sꝫ
q̄ diceret̄ postea q̄ꝫ iurasti non tibi loquar
amplius. Remediū esset ꝯtrariū ducere in
consuetudinē: ꝛ tunc emeret̄ ꝛ fides adhi
beret̄ tali persone sine iuramento: p̄cipue
bone fidei homines illi crederent. hoc pa
tet in aliquibꝫ bene vendentibus. Aliud re
mediū q̄ rebꝫ p̄cium esset ꝯstitutū. ¶ Quo
ad festa ꝛ loca sancta. hec questio locū ha
bebit in tertio legis p̄cepto: saltem missa I
audiri debet. humanus sp̄ūs qui se p̄cipit
deceptū ꝛ seductū falsum p̄ auariciā inter
rogat remedia: vt sine illa honeste ꝛ suffici
enter p̄sentem transigat vitam. Non p̄cul
euundum est nobis: vt ea inueniamus re
media: interrogemus sanctū Johēm qui
bonus aīe fuit medicus: ꝛ auaricie ꝯtrari
us: quid remediū nobis det in p̄senti euan
gelio f̄m moralem sensum. Et video tria
f̄m p̄sonas que interfuīt his nuptijs: iesus
maria ꝛ sui discipuli. Considera iesum cō
sidera mariā: cōsidera discipulos. In iesu
diuinam p̄uidentiam: iesus saluator. In
maria amarā penitentiam. Maria interp̄
tatur amara. in discipulis magnā eoꝝ suf
ficientiaꝫ. hoc exemplū est p̄ tres respect⁹.
In schola tribulationis in qua posit⁹ erā
ad patientiam addiscendam coram me ve
nit remediū super om̄ia alia remedia: siue
esset ꝯtra paup̄tatem: siue quodcūqꝫ aliō
malū: sumere iesum: recurrere ad iesum: qꝛ
p̄ gladiuꝫ ꝯsiderationis diuine sue p̄udē
tie om̄ia expulit mala: iesus dicit ꝛ p̄mittit
q̄ habeamus spem in potentiā suam sapi
entiam ꝛ bonitatem. Et ipse nos nō dese
ret: p̄cipit vt reijciamus oēm solicitudinē
exemplo auiū ꝛ floꝝ. In bona fide mentirī
iesus nō potest: decipere nō potest. Et q̄d:
Uideo q̄ si modo rex aliquis vel p̄nceps
veridicus ꝛ potēs diceret q̄ in eum spera
res: nec vllo mō timeres: q̄ꝛ te derelictu
rus nō esset. Putares te admodū securuꝫ
Multo securiores esse debemus de deo.
Si sit tibi familia ꝛ possessiones: tribuis
tibi securitatem: ꝛ expelles omnē melan
colicā solicitudinē. Et tamen omne illud K
deficere potest mille modis. Deus aūt̄ ne
minē deficere potest. cur erga deū nō ha
bes in securitatem? Ulterius deus bon⁹
pater noster est. quēadmodū ip̄e dicit: qui
nos multo plus diligit q̄ꝫ mater filiuꝫ: cū
ergo sit tam diues tam sapiens ꝛ tam po
tens: nō nos deseret in necessitate nostra.
ꝛ f̄m q̄ sciuerit opus esse nobis. Sepius

qm̄ dicere debemus. Inclina cor meū deus in testimonia tua. Sed hic melancolica solicitudo in corde deficienti ac timido replicat ⁊ dicit deum velle vt quis seipm̄ iuuet. Alioqn deus eum nō iuuabit. Uerum ast labora: ⁊ fac iuxta posse tuum. iuxta statum tuū. Modo hoc sit ꝙ ꝑ ipm̄ deus nō ad iracundiam ꝓuocet̄ ꝑ peccatum mortale. hoc em̄ se iuuare nō est sed destruere: pete quod licitū est ad hoc ꝙ paternalis sua volūtas fiat in te: ⁊ tua tēpalitate: sicut scit ⁊ vult illud tibi ꝯducere cōducit. Et sicut fit in celis superioribus: vel in cogitationibus iustoꝝ qui celum sunt in quo deus habitat. Notate de hortulano: qui cumulabat thesaurum. Notate de muliere que īterrogabat si aliqui vellēt ei tollere gubernatorem suū. Si status tuus tibi minor appareat ꝙ̄ tua exigant merita. considera gratias quas deꝰ tibi sup alios fecit: vno modo vel alio. Si em̄ consideres illos q̄ sunt ditiores te: ⁊ tu inuideas: teipsum destruis ⁊ affligis. Notate de heremita: si habeas victum in vno statu: nō queras ipm̄ augere ⁊ facere de necessitate supfluitatē. Si pati habeas ꝑ te vel pueris tuis accipe fidem bonā. ⁊ hoc argue modo: vel hec L pauptas est ꝑ peccat̄ meis: vel nō: Si sit ꝑ peccat̄ meis pena ꝓderit mihi: quia habeo patientiā. Si est sine peccato meo: deus me remunerabit debite hic vel alibi. sicut fecit omnibꝫ amicis suis. Quid scis: si hec pauptas sit ad humiliandū te. vel vt castus fias vel aliter te excitandū ad deū ⁊ auferendū de peccati periculo. Et si necesse esset mori fame: si placeret deo: ignoro qn̄ moriendū sit. Ideo habere deberes patientiam. Exemplū de pueris qui verberant̄: ⁊ deinde irrident̄: quia est vtilitas eoꝝ: voca secundo mariā. id est mare amarū: hoc est ꝯsiderationē grauaminis ⁊ difficultatis que est in penitentia huius peccati. ꝓsertim cum ventum fuerit ad satisfactionē ⁊ restitutionē. Est baculus spineus nimis inuite restituit̄. vel quia expensa est pecunia: vel ob magnū qui inchoatus est statum: aut ꝓpter auariciā que nimis strīxit in laqueis suis ꝑsonam. ꝓponēdo ei timorē paupratis indigentie ⁊ verecundie. Notate de instrumentis illis vel rebus q̄ dicuntur gallice tirelire sagedde barbee ⁊ nassee. Uide ꝙ ꝑ hoc amittis deum: paradisum: gratiam. totum mundū: ⁊ infernū acquiris. oīe quoqꝫ bonū amittis: si aliquid male acquisiueris: hoc fuerit restituēdum ant suspendium ferendum. Non igit̄ male quicqꝫ acq̄ras: ne labar̄ ⁊ decidas in hmōi pericula: aliquid a pueris tuis expectādo. Tertio discipuli iesu christi hāc cōiciūt auariciam ꝑ boni exempli eoꝝ baculos ⁊ eoꝝ sufficientiā. Exi exi immunda M ac feda meretrix nimis diu ibi morata es. Quis sperauit in dn̄o ⁊ derelictus est ab eo: ⁊ si dereliquerit eum fm̄ vitā hanc miseram: magnopere recepit eū: ⁊ honorauit ⁊ retinuit in felicitate gloriosa: vitemus ꝑuersos duos masculos: qui in ꝓmis amāt auariciam: ⁊ magnas expensas per edifficationem ⁊ iuris ꝓsecutionem ⁊ hoīm opinionē: que dūtaxat variatio quedam est: expense ꝓsertim in iuris ꝓsecutione magis sunt nociue ⁊ edificatiōe familiaritas hominū qui practici dicunt̄ solum cōmoditatē querū: ⁊ diuersa sepius probra. Sumamus cum magnis expensis frugalitatem: ⁊ parum curabimus vitam nostram: Parū em̄ eam sustentat habentes alimenta ⁊ quibus te ⁊c̄. nihil intulimus in hunc mūdum. Item nō cōmittamus vitam nostrā alioꝝ opinioni: sꝫ veritati ⁊ deo. Prudens ⁊c̄. Nihil est tam fragile: nihil tā mutabile sicut hoīm loquela. Mihi crede: q̄ viuit ad alterius opinionem: nūqꝫ pacem habebit: nec gaudiū: nec sufficientiam: hi qui te rep̄hendunt de tuo statu: nō vellent apponere quattuor denarios ad eum augmentandū. Stultum ergo est velle ascēdere altius: ꝙ̄ homo possit ad satisfaciendum sermoni ⁊ loquele talium hoīm. Notate historiā vel narrationem de viro ⁊ filijs suis ⁊ azina sua: quā q̄dē azinam nullo pacto ducere poterant qn̄ a ꝑtereūtibꝫ arguerentur. Duc azinam tuā fm̄ estimationem tuam: fuge pericula oīibꝫ modis imitari nō poter̄ oīm opinionē: sume ꝑ re tua domestica ⁊ familiari frugalitatē ꝯ ꝓdigalitatē ⁊ dissipatiōē sume possibilitatē ꝯ vanā vulgi opinionē.

Dn̄ica in septuagesima ꝯtra Accidiā.

Misit operarios in vineā suā.

PEnitemini dicit dn̄s noster iesus xp̄s. ⁊ fm̄ qꝫ sequit̄ in mysterio hodierni euāgelij (cui fidē adhibere debemus) vos hortor ⁊ clamo facite bonū fructū pn̄ie in

vinea ɔsciẽtie. Quid dicemus in exhor-
tatione ista: sed in principio ħ o deuotī quõ
obediemus: quõ adimplebimus. Nos su-
mus pigri languidi debiles ꝛ ɔfricati per
onus peccati. Quẽadmodũ ɔquerebatur
rex dauid. Qm̃ iniquitates mee supgresse
sunt ꝛc̃. Et rursum miser factus sum ꝛ cur
uatus sum ꝛc̃. Iniq̃tates inquit mee gra-
uate sunt super me: sicut onus graue. ideo
miser factus sum ꝛ curuatus ad terrã. In
tali statu quõ laborabimus: quõ faciem⁹
dignos fructus penitentie in vinea ɔscie
pfecto gratia nobis necessaria est: que no
bis det ꝛ restituat vigorem nostrũ fortitu
dinem ꝛ virtutem: efficiatq̃ pluuiam p̃di-
cationis nostre cũ pfectu recipiat in hac
vinea nostrarũ ɔscientiarũ. Alioq̃n nõ veni
ret vsq̃ ad viuam aĩe radicem. Et qm̃ illa
que portauit benedictũ fructũ vite ꝛ verã
vineam: vicʒ dñm nostrũ iesum christum
qui sic se in euangelio noiat. Illa inquã q̃
est laborantiũ auxiliũ ꝛ mater penitentiũ
nobis hanc impetrare potest gratiam. Et
ideo ad eam ɔuertemur: ipsam salutabim⁹
ꝛc̃. Penitemini ꝛc̃. Eiiciamus omnẽ vani
tatẽ: omẽ dissolutũ gaudiũ: mũdanã volu-
ptatẽ omnẽ vt accipiamus dolorẽ angu-
stiam ꝛ laborem: cum bona matre nostra:
sancta ecclesia que hodie incipit lugubres
induere vestes: mutare cantus leticie: vicʒ
all'a. in ploratus suspiria gemitus ꝛ plan
D ctus ꝛc̃. Circũdederũt me dolores mortis
ꝛc̃. Secludat omis pigricia stulta: contra
quã locuturi sumus: ꝛ valde ad ppositũ
¶ Curiositas scire desiderans volebat interrogare multas alias questiones quare deus manifestauerit se in figuris extraneis sicut in forma peregrini et hortulani. quare fingebat se velle longius ire. et si in hoc fuerit deceptor. Et si licitum sit vti huiusmodi imitationibus in bello et alibi. Et est magna pulchra et formalis difficultas que posset tangere presens seculum et futuram gentium destructionē etc. ¶ Quare terra tremuit cum Iesus christus resurgeret. Et an fuerit res naturalis. Quota hora resurrexit. aut in nocte aut in aurora. Qualiter verum sit Iesum christum fuisse tribus diebus in sepulchro: cum solum fuerit vno die integro et duabus noctibus. ¶ Quare Maria magdalena non fuit passa vt tangeret pedes Iesu. Et statim alie Marie tenuerunt eos. Quoniam cōcordantur euangelia etc. quia sanctus Iohannes dicit quod maria Magdalena venit ad monumentum mane cum adhuc essent tenebre super terram. Et sanctus Marcus dicit solem iam fuisse ortum. Et sanctus Mattheus videtur dicere quod fuerat vesperi. Vespere autem sabbati. ¶ Quomodo angeli qui sunt incorporei apparuerunt vestiti. Et quale corpus habebāt. Et qualiter loquebantur. Et an fuerit visio ipsorum vel Iesu christi qua expauerunt custodes sepulchri quando facti sunt sicut mortui. ¶ Utrum aliqua cōstellatio iuuerit Iesum christum resurgere. Et si regule astrologie non habuerint locum. ¶ Utrum sanctus Thomas fidem habuerit et meritum credere resurrectionē domini nostri Iesu christi. Quia dicit sanctus Augustinus. Quis est fidelis et fidem non habet. Insuper si Iesus christus hodie resumpsit papatum quem prius habuerat. Videtur enim quod sic. aut quod nullus erat papa. vel quod erant duo simul videlicet Iesus christus et sanctus Petrus. ¶ Insuper an Iesus habuerit corporalem delectationem manducando post resurrectionē eius sicut volunt hi qui errant cum Machometo. Habuit ne maiorem beatitudinem et gloriam quam prius et maiorem dominationem. Quia dicit Apostolus ad Romanos decimoquarto. In hoc christus mortuus est et resurrexit vt viuorum et mortuorum etc.

An damnati viderint eū cum descēdit ad
inferos. et si non fuerit eis vlla recreatio. ⁊
specialiter paruulis: Utrum hodie aperta
fuerit porta paradisi vel in die natiuitatis
vel passionis: Utrum corpus domini no/
stri quod erat in apostolis qui ipsum rece/
perant in cena/non fuerit mortuū ⁊ resusci
tatum in eis. Et est mirabilis difficultas.
Utrum hodierna solennitas solennior sit
aliis omnibus. ⁊ qualiter fuit celebrata et
figurata in veteri lege per agnum pascha/
lem: Quare dicta fuit pascha. ⁊ si ipsam so
lennitatē hanc proprio suo die celebremus
si singulis annis tali die qualis est hodier
nus aliqui resurgunt. Sicut dicit Augu/
stinus in quodā sermone. Si Jesus chri
stus post resurrectionem vestit⁹ erat/et qui
bus tunicis: Si Jesus christus post re/
surrectionem subdit⁹ erat iure virgini Ma
rie vt filius matri. quia post resurrectiōem
omīs dominatio cessat. Si hi qui resurre
xerunt prius fuerunt matrimonio coniun
cti. an iure debebant ad suas redire vxores
De modo sepulchri vide in historia scho/
lastica: An oculo clarificato corporali/de
us videri potuit: An Christus locutus sit
animabus: An damnati quidā sint in cor
pore et anima: Quomodo Marie die
sabbati parauerūt aromata contra legem.
Et sic de pluribus talibus questionibus/
ad locū hunc pertinētibus. Certissime hic
est gloriosissimum donū/scilicet donū pa
cis. Quia dicit sanctus Augustinus in de
ciuitate dei (si bene memini) ꝙ in rebus ni
hil est tam desiderabile. tam bonū. tam vti
le/sicut bonum pacis. Et valde clare decla
raui hanc rem/ostendendendo ꝙ naturali
ter monstratum est gaudiū plenissimum et
x securā remunerationē: omnia desiderant:
et oia tendūt ad pacē. Etiā et illi qui bella
gerunt. Bellamus inquit Aristoteles i po
liticis vt pacem habeamus. Et iterum fi/
nis belli pax. Et quia prius principaliter
bellum habebam⁹ cum deo propter pecca
tum ⁊ offensam primi patris/sublime trini
tatis consilium: per iusticiā et misericordi
am se vniuit ad pacē: misitq; filiū dei qui
adimpleuit duo: ꝗ ad pacem deuenitur et
concordiā. Fecit enim matrimonium hu/
manitatis cū diuinitate/in sua incarnatio
ne. Et hoc tangit apostolus ad Ephesios
scdo. Ipse enim est (inquit) pax nostra qui
facit vtraq; vnum/scilicet homo et deus i

vno supposito. Et si pax incepta fuit ꝑ mi/
sericordiam. sed conueniebat ſm postulati
onem iusticie vt emenda persolueretur/et
satisfieret pro ꝓfata offensa. Et sic soluit eā
Jesus christus abundanter in sua doloro
sissima morte ⁊ passione. Sicut dicit ille
idem apostol⁹ in verbis sequentibus. Sol
uens inquit inimicitias in carne sua. Et
ad Romanos ꝑmo. Pacificatus est ꝑ san/
guinem crucis sue. siue que in terris siue q̄
in celis sunt. Simile Esaias habet. Fuit
enim disciplina pacis nostre super eum ⁊c̄
Hec pax que est benedictus fructus pas/
sionis significata fuit hodie ab eo suis di/
scipulis et data abundantiusq; aliquis ip
sam eis concessit/vt saluarētur. ⁊ principa
liter vt fundarent sanctā ecclesiam/et chri/
stianitatem augerent. Si enim ab inuicē
fuissent diuisi/se mutuo persecuti fuissent.
Quia omne regnum in se diuisum desola/
bitur. Matthei. xij. Et Salustius inquit
Concordia parue res crescunt. Quemad
modum alias in die Penthecostes per hi
storiam ⁊ aliter prolixius declaraui: cum
hortatus sum regē dominū nostrū ad pa/
cem regni sui/ob bonum sancte ecclesie/et
totius christianitatis. Sed pulchra foret
materia/declarare quomodo illa pax fuit i y
vno quoq; apostolorum: et in ipsis simul.
quomodo seruauerūt ⁊ in concordia tenu
erunt fortaliciū ⁊ castellū anime eorum. et
per quā artē superarunt viciorum tyranni
dem/que solummodo hanc pacē turbant.

¶Dicam breuiter sine prosecutione ⁊ cō
cordantia/Charitas amorosa capitanea
erat/et locum tenens dei summi domini et
imperatoris. quia super omnia diligebat
eum. Et ideo deus fecit eam imperatricē
et reginam aliarum virtutū. Sicut tradi
tur ab Apostolo prime ad Chorinth. xiij.
Seruilis obedientia erat ancilla. Quia q̄
diligit eum/mandata eius obseruat. Si/
cut habetur Johannis. xiiij. Et Gregori/
us in Omelia penthecostes. Charitas ope
ratur magna si est/si renuit operari/chari/
tas non est. Humilitas profundas fecit fo
ueas. Patiētia muros et munitiōes proui
dit. Prudentia sapiens fuit custos. Pro/
uidentia discernebat municiones. Timor
male operandi/erat ianitrix. Que diligen
ter custodiebat quinq; portas corporis ⁊
contra peccatum ipsum proditorem ⁊ om
nem malum eius comitatū. Et sic habuit

vnaqueq3 eaꝝ verā pacē ⁊ bonā in seipā si ne viciosa aut mortali dissensione. David. Pax multa diligētibꝰ legē tuā. Et ꝑ ꝯrium est de malis q̄ ꝯtinue sunt sine bona pace. Quia nō est pax impijs dicit dn̄s. Esaie. xlviij. Quibꝰ etiā fundauerūt apl̄i ⁊ ordinarūt regnū sancte eccl̄ie sup firmā petrā q̄ est Jesus xp̄s. vt in pace morari possent et se multiplicare. Sȝ heu p̄nceps peccatoris m.....nic⁹ humani generis ⁊ sup hominum rex Job. xlj. fecit tres sp̄es matrimoniorum pacis ⁊ ꝯfederatiōis cū tribꝰ filiaꝑ ei⁹ cū diuersis hoīb⁹ ad christianitatē ꝑsequendam/diuidendā/⁊ ꝑ toto posse suo dissipā dam ac deuastandā. De qua pace dicit psalmista. Zelaui ⁊ non veni. Prima vicinitas vel m̄rimoniū fuit crudelis tyrānidis principibꝰ/infidelitatis infidelibꝰ. Scd̄a supstitiosa heresis ignorātibꝰ hereticis. Tertia ambitiosa cupiditas oībꝰ generaliter. ⁊ p̄sertim p̄latis p̄sidentibꝰ gubernatoribꝰ. Et q̄s nis oīni tp̄e sancta eccl̄ia passa fuerit p̄liū ⁊ ꝑsecutionē ꝑ hec tria viciorꝝ genera. Tn̄ euidēti⁹ regnauit tyrānis in principio tp̄e martyꝝ. Heresis tp̄e doctoꝝ q̄ eā extirpart Et deinde ambitio cupida apparuit q̄ modo specialiter xp̄ianitatē diuidit ꝑsequit et affligit/in capite/in corpe ⁊ in mēbris. In tempalitate ⁊ sp̄ualitate. Tantū enī effecit cū suis ꝯfederatis (quoꝝ magn⁹ est numer⁹) q̄ i ciuitate hierl̄m ꝑ capitaneo est obliuio dei. Hiere. xij. Desolatiōe desolata est terra q̄r nō est q̄ recogitet corde/ꝑ ancilla sua est carnalis delectatio ⁊ inobediētia instar illaꝝ de qb⁹ habet Sap. ij. diffuse. Pro custode est ignorātia stulta ⁊ ceca. Esaie. xv. Spectatores ceci hoīes. ꝑ ianitrice male faciēdi audacia. Job. xij. Audacter puocāt deū cū ip̄e dederit oīa in manibꝰ eoꝝ. Ipsi p̄lium ei inferūt de ꝑprijs (q̄ eis ꝯtulit) bonis ꝑ sancta fide ⁊ bona credul.... ⁊ forn.. legum ⁊ supstitio/sicut in synagoga gentium. De quib⁹ habet Deut. xviij. q̄ auguriā ⁊ diuinatores habeāt ꝯ legē ibidē. ⁊ Esa. ij. ꝑ ꝯsiliarijs adulationē habet ⁊ deceptōes: que ferit osculādo ⁊ occidit amplectādo ait Job Ama..., ⁊ Re. c. q̄ ornata e... dissimulatione/mēdacijs /tēporisatiōe que eruit oculū dextrū his q̄ ei credūt qui ea ꝯtenti sunt. Sicut volebat facere Naas pacē cū viris Jabes. j. Regū. xj. In hoc feriam vobiscū pactū vt eruā oīum vestꝝ oculum dextrū. Ip̄a est quā sumope cauere debet princeps ne eā audiat. q̄ si eam interdum audierit nō illi credat abs..audiēdo partē alterā. Heu metuēdissimi dn̄i: qualē spem habem⁹ christianitatis negocia hn̄ ⁊ habitura cū tales ..pediuarꝝ cupide ambitiōis: vt obliuio dei inobedietia ignorātia supstitio adulatio ip̄am occupāt christianitatem/ip̄am gubernāt. Nō est mirandum si ambitiosa cupiditas leuiter itroduxerit diuisionē dānosissimā. ⁊ si eā augmētet et peioret indies. Sicut enī poete Ouidius et Uirgili⁹ docēt. Inuidia piecit pomū quodam aureū vt poneret dissensiones īter duas deas Palladē ⁊ Venerē. Sic cupida ambitio vt mōstret dignitatē pontificalem maiestatē supremā. introduxit in eccl̄ia suam diuisionē. Quapropt papat⁹ qui ordinatus est ad bonū cōmune sancte eccl̄ie/factus est occasio horribilissime diuisionis I ea/ad quā vniendā Jesus christus mortuus est vt vnū fieret ouile ⁊ vn⁹ pastor. Johānis. x. Et tā care emit ip̄aȝ ⁊ tertia die resurrexit/deditq̄ pacē apostolis suis/ vt dictum est ad christianitatē fundandā in pace ⁊ vnitate. Turbata igit est pax quam Jesus christus tā care emit/quēadmodū hodie innuit. Cū enī dixisset. Pax vobis/statim ostendit eis plagas suas. Ac si diceret Uidete q̄s care eā emerim. Quid dicā in tā ingentibꝰ malis tā detestabilibꝰ ⁊ miserabilibus. Reprobabo ne indignitatē/ miseriā iniquitatē hui⁹ horribilis rei. que m̄lto maior est q̄s quecūq̄ explicare posset eloquentia? Ad quē me cōuertam. n... ad vos dn̄os meos ⁊ principes christianissimos qui hic estis p̄sentes. Maiora dicere non possum: vt mihi videt nec in cōueniētiori loco. Si in alijs scismatibꝰ ⁊ ꝑsecutionibꝰ sancte ecclesie/ip̄a semp releuata fuerit per strenuos principes christianos poti⁹ q̄s ꝑ proprios ei⁹ subditos/s̄m veras historias et cronicas. Multo magis necessariū est auxilium vestrū in p̄senti scismate ⁊ discordia vt nunq̄ prius tāta fuerit diuisio/ ⁊ pertinax obstinatio ad inuicē/ꝑ irā/ꝑ inordinatos partiū fauores/ꝑ timorē vel obdurationē partē factā ꝑ cupiditatē maiorū ⁊ deuotorum. ⁊ vt sic faciētes ostenderēt se bonos ⁊ fauentes famulos. p̄rim ꝑ ignorantiā ⁊ defectū vere sapiētie. Magna pars errat per negligentiā ⁊ cōtemptū boni cuiuscūq̄ vel virtutū/nisi vt se quiete teneat dissimulando/fingēdo/tempērisando. et sictꝰs labiꝭ.

Et visum est hoc per experientiam iam sedecim annis multo clarius quam opus foret. Unus erit signum magis erga vos o nobilissimi et excellentes principes quanto vos videtis quod per vos et bonam diligentiam potentiam et sapientiam vestram/ hoc scisma delere possetis et tamen semper durabit Quid dico durabit. imo de peiore in peius vertetur. Et verum satis esset aliquibus hominibus. sive prelati sint sive alii quod non vellent aut non haberent scire aliquid bonifaciendi in hac materia. sed non. nam ad eorum infortunium et gravissimam damnationem (quam deus illis dabit si non penitentiam egerint et desistant) Conantur impedire eos qui laborant vellent possent et scirent. Qui similes sunt his nequam iudeis qui querebant omni modo impedire resurrectionem iesu christi ne manifesta fieret. Quia dabant pecuniam custodibus ut dicerent corpus Iesu christi illis fuisse ablatum. Similiter et apostolos persequebantur. Hi de quibus loquor sunt in hac materia/ qui per falsa media/ per minas et consuetudines/ per promissiones impediunt illos qui habent voluntatem et cognitionem in hac materia. Et mendaces informationes eos reddere volunt in odium et contemptum vestrum o domini mei principes/ qui debetis eos amare qui in hoc negocio laborant diligenter et fideliter per eos informari. alioquin si erretis non eritis excusati coram deo nec coram mundo per ignorantiam. quia erit tanquam affectata et negligens. Credite mihi quod huiusmodi homines perversi/ vos ponunt in magnum damnationis periculum quod scitis scismatici facto vel reputatione si eis fidem adhibeatis. vel si non provideatis domini mei metuendissimi secundum quod scitis/ nescio quando presens scisma terminabitur. Et si hoc fieri possit per reductionem false partis ad obedientiam/ sancti patris nostri hoc optimum est fateor: sed si per vehementes coniecturas humanas per prudentiam et experientiam ignorentur vie aut modi sufficientes ad hoc perficiendum. nec per bella nec per iustificationem partis nostre. quemadmodum audivi declarari paulo ante admodum proprie et prudentissime a quodam domino quem modo nominare non est opus. Necesse est inquirere invenire et persequi alias vias sive media vel alia quecumque. Et hoc impedire per maliciam vel culpabilem ignorantiam/ est peccare mortaliter et se reddere scismaticum et dignum amittendi statum suum et obedientiam. Et iurare vel querere tales vias vel nunquam consentire est iuramentum illicitum damnabile et non tenendum. Certus sum hoc sufficienter fundatum esse in sancta scriptura/ per quam solummodo et principaliter hoc potest et debet sciri. Videtis igitur metuendissimi domini mei ad quale periculum vos ponerent hi qui vos impedire vellent/ vel retardare persequi vias bonas et sufficientes persequendi sive sint media vel alia ad hanc discordiam finiendam et terminandam. Erat mihi intentio magis intrare materiam et ponere conclusiones et respondere aliquibus formalibus rationibus quas faciunt aliqui. sed brevitas temporis me compellit finire supplicando et hortando et postulando vos dominos meos principes prelatos/ aliosque nobiles ac consiliarios qui hic estis/ ut per fidem et amorem quem debetis deo et sancte ecclesie per compassionem quam habere debet bonus christianus de tam miserabili periculosa et damnabili divisione laboretis diligenter: perseveranter consilium queratis/ persequamini vias licitas faciendas et sufficientes ad unitatem perveniendam et pacem quam Iesus christus et predecessores vestri christiani martyres et alii adeo dilexerunt/ adeo commendarunt et care admodum emerunt. Non ergo patiamini quod sancta ecclesia (que per mortem tantorum martyrum et per devotionem tam magnam principum fundata fuit) in tempore vestro per favorem aliquarum particularium personarum. Vel per negligentiam perdatur et dissipetur. Sic vobis concedere velit dominus noster pacem temporalem: ut hec perficere possitis. quia in pace illius scilicet ecclesie erit pax vestra. Hieremie etc. Vera ratio est quod per pacem sancte ecclesie spiritualem citius pacem habebitis temporalem. que vobis adeo necessaria est sicut deus novit. Finaliter sic vobis deus concedat resurgere spiritualiter secum/ et habere pacem in hoc mundo per gratiam et in futuro per gloriam. Quam etc.

¶ Sermo dominice Misericordia domini etc.

Eratis sicut oves
errantes: sed conversi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum. j. Pet. ij. Quoniam et nobis sine dei auxilio intelligere non possumus magna beneficia que redemptor noster Iesus in nos contulit. Et de aliquibus noticiam habemus talem qualem: ea tamen digne memorare nequimus nisi spiritussanctus dirigat nostrum eloquium qui sermonum dat abundantiam ad dei laudes exprimendas. Sermone ditans guttura: requirenda est prius quam ulterius procedamus sua

gratia qua plena fuit virgo Maria / que
semꝑ ē aduocata nostra. Et ꝓpterea ad do
minā illā cōuerti debemus / ei nostrā cōmē
dando causam: vt nobis gratiā impetret /
cognoscēdi dei beneficia: ⁊ ea digne medi/
tandi. Presentabimꝰ ergo illi deuote salu/
tationē angelicā ⁊c̄. Aue Maria gra. ⁊c̄.
¶ Eratis sicut oues errantes ⁊c̄. Mater
nostra sancta ecclesia post solennē pasche
festiuitatē vidēs filios suos inclinatos ad
imitandū mundū ⁊ carnales voluptates:
in memoriā reducit hodie grande Jesu be
neficium. magnā misericordiā quam ostē/
dit omnibꝫ sancte ecclesie filijs: cū ꝓ nobis
⁊ humano genere mori voluit. Quod ve/
luti ouē perditā reportare voluit: et ad pa/
radisi tecta sicut bonus pastor in proprijs
E portat humeris. Et ideo recitat hodie ī epi
stola sancti Petri. Christꝰ passus est ꝓ no
bis Jesus. dicit sanctus Petrus. mortē tu
lit pro nobis. Et quod sequit᷑ valde est cō/
forme verbis euāgelij in quibus dic̄. Ego
sum pastor bonus ⁊c̄. Et ideo imitari ip̄m
debemus sicut exemplar vite. vobis relin/
quens exemplū vt sequamini vestigia eiꝰ.
Et quoniā in illo sancto festo pasche / san/
cto elapso tempe / nos deo volente ad eum
cōuersi sumꝰ ⁊ cū eo fecimus pascha / sicut
sui discipuli. Vidimus quomō ꝓ ouibus
suis mori voluit / quas ab inferno ad salu/
tis viam reduxit. p̄cioso suo corpore pauit
qđ est aīme cibꝫ / spiritus refectio vt nō ob/
liuiscamur adeo magnorū beneficiorū et
bonarū ingentiū / quibꝫ nos donauit ⁊ mi
serabilis status in quo eramꝰ memoriā ha
beamus. Sācta ecclesia nobis dicit. Era
tis sicut oues errātes. Et quia mentio fit đ
preterito tempe ⁊ p̄senti / pluribꝰ modis no
strum thema explicare possum. Sanctus
eīm Petrus verbū suū applicare potest ad
hos qui erant sub lege Moysi et ante vsq̃
ad tempꝰ Jesu christi post peccatum Ade.
post Adā vsq̃ ad Moysen homies sub le/
ge viuebāt nature. A Moyse vsq̃ ad Je/
sum christū data fuit iudeorū populo ⁊ hiis
qui voluerunt eis associari lex / que rudi mi
F nerua ⁊ figuraliter euangelij veritatē (que
reuelata fuit tēpore gratie per verū legisla/
torem ⁊ summū episcopū Jesū christum)
continebat. In primo tēpore humana na/
tura adeo fuit deprauata ⁊ corrupta. ⁊ intā
tum a via errans: vt ira dei contra huma/
num genus adeo magna fuerit / vt voluerit
destruere qđ cōdiderat / etiā ac si eū penite/
ret humanā fecisse creaturā. Genesis sexto
Videns deus / ꝙ multa malicia hominū
esset in terra / cunctaq̃ cogitatio esset cor/
dis eorū ad malū omni tempe penituit eū:
ꝙ hominē fecisset in terra. Non intelligen
dum est in deo fuisse mutationē voluntatis.
aut penitudinē / eo ꝙ fecerat hominē. Sꝫ
scriptura loquitur de deo ad similitudinē
hominis. Cū eīm homo quicq̃ fecerit qđ
ei ob aliquā conditionē non placet penitet
eum illud fecisse. Et est magnū signū / ip̄m
duci penitudine cū rem illā destruit aut dis
soluit. Et quia deus per diluuiū omnes vi
uentes creaturas morti dedit (preter illas
que in archa seruate fuerunt) propter hor/
ribilia peccata que tunc vigebāt / ipse assi/
milabatur huic quē penitet fecisse h̄ quod
destruit. Possum ergo bene dicere populū
illum ⁊ om̄e humanū genus fuisse vt oues
errantes. oues extra viam deuiātes. Om/
nis quippe caro corruperat viam suam.
Omnis caro hoc est om̄is creatura huma
na corruperat viā suam super terrā. Nōne
apparet tibi Chain qui erat ouis / vt in p̄n
cipio humanū multiplicaret genus. Mul
tum errasse / et sicut ouē perditā cum fratrē G
suum sanctū Abel interemit. per eā quā cō
tra fratrē habuit inuidiā? Nonne erat be/
stialis error post diluuiū edificare turrim:
que attigerat celū. Et postea punitio / qua
deus eos puniuit quia vnus aliū intellige
re non poterat / cū prius solū vnū ideoma
super terrā esset. Qui diuisi fuerunt ī diuer
sas regiones ⁊ in distincta ideomata / vt ir
rationales bestie: quia inchoarūt idolatri
am: ⁊ creaturas ꝓ eorū creatore adorare ce
perunt. profecto erāt bestie errantes. Eis
bene dicere possū quod sanctꝰ Petrus di/
cit. Eratis sicut oues errantes. Valde hu
manū genus extra viam erat: quia omni/
no solū erat vna progeies que nō sequeret᷑
idola. s. domus Nachor ⁊ Thare: vnde
descenderūt Abraam. Isaac. Jacob. et pa
triarche. a quibꝫ Moyses ⁊ populꝰ iudai/
cus descenderūt Sed consideremus post
legem receptā nunq̃ voluerūt cognoscere
aut saltē pauci fuerunt, qui dei beneficia:
dei pascua cognoscerent. Sed murmura/
bant ⁊ contra deū recalcitrabāt / cum deus
specialē de eis haberet curā sicuti proprius
eorū pastor. Se ab eo separarūt. quia sicut
scribitur Sapie. xj. Errantes colebāt mu

tos serpentes/ ꝛ bestias superuacuas. ꝛc.
Errabant sicut oues pastorē suũ relinquē/
tes. quoniā adorabant serpentes et mutas
D bestias. Ideo in punitionē huius deus in
deserto magnā multitudinē serpentũ et ve
neficarum bestiarũ eis misit que eos occi/
derunt. Dicit scriptura vt scirent quia per
que quis peccat/ ꝑ hec torqueat̃. Declare/
tur si sit oportunitas. et semꝑ postq̃ intras/
sent ꝓmissionis terrā: se a pastore suo auer/
terunt. neq̃ omnino ad deũ conuerti volu
erunt saltē pauci. q̃uis deus eis ꝓphetas
misisset qui ipsis viam monstrarēt et predi
dicarent: reuersionē eorũ in captiuitatē an
nunciando: ꝛ magnas ꝑsecutiones / quas
passuri essent si dei non obseruarēt manda
ta: et nihilominꝰ non cōuertebātur ad pa/
storem eoꝝ qui tam magnā curā de anima
bus eorũ gerebat: sed erant sicut oues errā
tes. Et adeo ꝙ filius dei verus pastor vi/
dens oues suas fugientes/ aut (dicere vo/
lo) ouem/ hoc est genus humanũ non vel/
le reuerti ad tectũ ouilis. scȝ paradisi ad ali
as oues qui sunt angeli: cucurrit post eam
que fugiebat. Et quia fidelis erat ipsaȝ hu
meris suis superposuit/ et ad paradisuȝ ad
alias oues deportauit. Valde fugiebāt iu/
dei cũ non volebant oculos eorũ ad ipsoꝝ
conuertere pastoreȝ qui post legē. post pro/
phetas in ꝓpria sua persona eos visitaue/
rat. Et ideo dicebat Job. xxxiiij. ca. quasi
de industria recesserunt ab eo: et omnes vi
I as eius intelligere noluerunt. de industria
dicit. hoc est dictum ꝙ peccatũ tribus mo
dis fit. Quandoq̃ peccatũ fit per ignoran
tiam/ quādo persona peccans est ignorās.
ꝛ peccatum hoc est leue. Sic peccauit san
ctus Paulus contra ecclesiā cum ꝑseque/
retur illā. Et ideo dicebat ad Timotheum
Fui prius blasphemus ꝛ ꝑsecutor ꝛ cōtu/
meliosus: sed misericordiā consecutꝰ sum:
quia ignorans feci in incredulitate mea.
Alius modus est peccare per fragilitatem
per humane conditionis infirmitatē Sic
peccauit sanctus Petrus qui humano cō
cussus timore. christuȝ Jesum negauit ad
vocem femine quod illi indultuȝ fuit. quia
fleuit ꝛ amarissimā egit penitentiā. Sed
tertius modus ꝛ grauissimus est cum pec/
catur ex deliberatione/ et certo proposito.
sicut principes iudeorum ꝛ pharisei qui nō
potuerunt excusari ex ignorantia: quoniā
habebant legē ex quā cognoscere poterant
Jesum christũ verum esse pastorē qui eos
saluare debebat. Et iō dicebat Jesus chri
stus de eis Si non venissem ꝛ locutus eis
non fuissem/ peccatũ non haberent. Nunc
autē excusationē ñ habent de peccato suo
quia viderunt ꝛ oderunt me ꝛ patrem me/
um Johis. xij. Peccatũ non haberent. hoc
est aliqualiter excusandi venirent. Nūc au
tem excusationē nō habent de peccato suo
quia ex industria recesserunt ꝛ ex ꝓpria eo/
rum malicia. Qualē excusationeȝ in die iu/ K
dicij habere poterimus: cũ tanta receperi/
mus beneficia/ tanta dona de Jesu Chri/
sto: cum eius audiuerimus doctrinā. In
scriptura videmus regulā ꝛ nostre vite ex/
emplar. cũ tam mansuete nos vocat: et ta/
men nos eum sequi nolumꝰ: Credo eũ no
bis dicturum. Nunc autē excusationē nō
habent de peccato suo/ sicut dicebat iude/
is. Quia autē sanctus Petrus multos sci
ebat esse homines i varijs terris dispersos
qui apostolorũ predicatione fidem recepis
sent Jesu christi: ipse illis scribebat vt eos
in fide contineret. Duas autē scripsit epi/
stolas/ In quarũ prima verbum scribitur
quod dicebā in principio. Eratis sic oues
errantes: nunc autē conuersi estis ad pasto
rem animarũ. Magna huius pastoris mi
sericordia currit post ouem fugientē. Exi/
uit de celo vt post eam curreret. Exultauit
vt gygas ad currendā viam suā: a summo
celo egressio eius. Accepit ipsam et appre/
hendit: atq̃ humeris suis imposuit cum i
virgine carnē assumpsit humanam. Non
sic celos dimisit cũ angeli ab eo recesserunt
post eos non cucurrit. ad Hebreos secũdo
Nusquam angelos apprehēdit: sed semen
Abrahe apprehēdit. Non assumpsit natu/
ram angelicā: sed semen seu prolē Abrahe
que errabat. Et ideo dicebat Moyses po/
pulo miranda dei cōmemorans beneficia
ꝛ etiam ꝓphetisando de Jesu christo: inue
nit eum in terra deserta in loco horroris ꝛ L
vaste solitudinis. circumduxit eũ et docuit
ꝛ custodiuit quasi pupillam oculi sui. sicut
aquila prouocās ad volandũ pullos suos
ꝛ super eos volitans expandit alas suas: ꝛ
assumpsit eos atq̃ portauit in humeris su
is. Deus inuenit oues suas errantes/ et in
via longe deuiantes in terra deserti: in lo/
co horroris. quia inclinate erant ad idola/

triam. ⁊ de facto idolatriam exercebāt. Re
duxit eas ⁊ docuit viam/custodiuit eas vt
oculum: ostendit eis per operationes suas
sanctas bene agendi exemplū/sicut aquila
prouocat pullos suos ad volandum. Sꝫ
quid vltra egit? Expandit alas suas. hoc
est brachia in crucis arbore ⁊ portauit eas
malefacta quoqꝫ eorum/ ⁊ horribilia pec
cata: portauit ea in proprijs suis humeris
Uidete queso qualeꝫ pastorem. conspicite
q̄ꝫ diligenter cucurrerit post creaturam su
am. Conspicite si vnq̄ꝫ pastor taliter greg̃
aut armenti sui fuerit misertus. Mater igi
tur nostra sancta ecclīa bene dicere potest
omnibꝫ filijs suis: qui per fidem et regene
rationis baptismū conuersi sunt Eratis si
cut oues errantes. Et adhuc speciali⁹ hec
verba intelligere possumus si consideremꝰ
statum peccati in quo eramus priusq̄ꝫ ad
Jesum christū nos conuerteremus per pe
nitentiā ⁊ magnorum eius beneficiorū re
cordationem que in nos hoc paschate cō
D tulit. Eramus sicut oues errantes ⁊ deui
antes. ⁊ nunc conuersi sumus ad pastoreꝫ
⁊ episcopum qui est animarū nostrarūꝫ cu
stos. Considerare ergo debemus nos esse
oues eius a sacramento baptismi: sed cum
dimisimus ⁊ dorsum vertimus. Audiuisti
quo pacto post genus humanum quod fu
giebat cucurrerit ⁊ attraxerit sed adhuc pꝰ
hac non vult sequi pastorem suū: q̄ñ oues
nolunt sub vno manere pastore fugiūt vna
hac/altera illac. ⁊ pastor post eas currit. Sꝫ
cum aliquantulū fuerint introducte prece
dit pastor eas: vocat oues ⁊ sequunt̃ eum.
Johis. iiij. c. Pastor cū proprias oues emi
serit: ante eas vadit ⁊ oues illū sequuntur.
quia vocem eius sciunt. Et q̄ꝫdiu suum se
quūtur pastorē: bene se habent. et in bona
vita. Si autē stulte efficiantur aut reman
serint colligendo quācunqꝫ herbaꝫ/ aut ca
rum persistāt voluptate. Quandoqꝫ errāt:
⁊ hac atqꝫ illac fugiunt. et venit interdum
lupus qui eas rapit. Cogitate ꝙ cum per
stiteritis per nimiā voluptatē ad munduꝫ/
aut ad quamcūqꝫ aliā rem que vos detur
bat ad sequendū pastorē vestrum Jhesum
vos estis sicut oues stolide ⁊ errātes. Et si
semel ꝑ peccatū mortale tardaueritis: mox
in plurima cadetis peccata: hac atqꝫ illac
currendo. Et propterea dicebat Esaias de
peccatore ꝙ abijt vagus in via cordis sui.

Esaie. lvij. Peccator abijt a societate dei ⁊
vagatus est hac atqꝫ illac / ſm desiderium
cordis sui. Item Esaie. liij. Omnes nos q̄
si oues erramus/vnusquisqꝫ in viam suam A
declinauit. Bene dicit in viam suā. Nam
vnus inclinatur ad luxuriā/ alius ad gulā
alius ad auariciam. ad superbiā alius. Et
sic de reliquis. Quāuis pauci sint qui vici
um vnum habeant sine alio Cadunt enim
de vno in aliud/ ⁊ sepenumero vnū est cau
sa alterius. Sanctus Gregorius ait. Pec
catum quod statim per penitentiā non de
letur mox suo pondere ad aliud trahit ⁊c̃.
Et ideo dicunt doctores / ꝙ cum homo
est in peccato mortali: Difficulter admo
dum cauere potest / quin de peccato laba
tur in peccatuꝫ: ⁊ interdum vsqꝫ adeo ꝙ ca
dit sepius in foueā desperationis: de qua
nunq̄ꝫ sit exiturus. Si deus non eū requi
rat ante mortem eius: quemadmodū ouis
que in foueam cecidit/exire non potest nisi
per pastorem qui eā eximit. Et propterea
dicebat Dauid. Erraui sicut ouis que pe
rijt: quere seruū tuum: quia mandata tua
non sum oblitus. Magnū est periculū de
sperare. Si enim quisq̄ꝫ in desperatōe mo
riatur, in corpore damnatur ⁊ anima. Pro
pter deum oro vt vnusquisqꝫ hoc magnuꝫ
euitet malum. Si occurrant aduersitates
Si non ad sufficientiā bona huius mun
di habes: fer patienti animo: ditior eñ his
es quos optime cernis nutriri aut vestiri.
Nam spiritualiū bonorum habes abun
dantiam. Considera bene hic. Quero eniꝫ
a te. Bona hominis que auferri non pos
sunt. nonne amabiliora sunt his que aufer
ri possunt ⁊ q̄ rapiuntur: disparēt ⁊ transe
unt ⁊ redeunt modo parum modo nihil:
modo vero multuꝫ. Si sis patiens: si pau D
per es ⁊ patienter hoc capis de manu crea
toris tui. Crede quāto tibi aufert ⁊ subtra
hit plus bonoruꝫ caducorum. tanto plus
dat cū magna abundantia meliorū bono
rum: anime scꝫ que nunq̄ꝫ fur aut predo ti
bi auferre poterunt. Audi prophetam Da
uid/quid deus pauperibus parauerit. dul
cedine tua pauperi deus. Parasti pauperi
bus: ecquid? tuam dulcedinem Ubi? Non
quidem in hoc mundo in quo miserias ha
bent ⁊ angustias pauperes: sed in suauita
te ⁊ dulcedine paradisi: vbi pauperrimus
⁊ despectissimus in hoc mundo reges pre

redit ⁊ imperatores/qui in hoc mundo di/
tissimi fuerunt. Hoc dixi : eo ꝙ multi sunt
qui non habent talē patientiā qualem de/
berent. verū aliqui in desperationē vertun
tur/quod miserandū est. vbi erant in proxi
ma dispositione ad viam paradisi / in quo
plus habetur ꝙ desiderari queat. ⁊ mox in
infernum pergūt ad societatem omniū in/
fernaliū diabolorum. Se enim ere putant
miserys/⁊ se perpetuis implicant miserys.
Profecto bene dicere possunt cum ibi fue/
rint. Erraui sicut ouis que perijt. sed gra/
tis dicent quod sequitur. Require seruum
tuū quia nunq̄ exibunt. Deus nos preser/
uare dignetur de tali errore. Et si erramus
vt ante mortē nostram per penitentiam ad
pastorem nostrū nos conuertamus : cogi/
taui ꝙ p errorē quisq̄ deuiare potest a via
P sua plurib⁹ modis. Quandoq̄ aliquis de/
uiat cū viam ignorat vel cum nox est ⁊ ipse
sine lumine est. De quo dicitur Trenorum
iiij. Errauerunt ceci in plateis. Errauerūt
⁊ deuiauerunt sicut ceci in plateis. Sic era
mus ⁊ nos priusq̄ episcop⁹ noster illumi/
nasset nos sancta doctrina sua. prorsus era
mus tenebrosi. Eratis aliquando tenebre
nunc autē lux in domino. dicit Paulus ad
Ephesios. v. Eratis priusq̄ doctrinam
Jesu haberetis sicut tenebre in quibus ni/
hil cernitur: sed modo lux estis ⁊ i deo. hoc
est/illuminati estis doctrina euangelica. et
potestis vnus alterum illuminare. Cogita
te quā excusationem habebūt hi quib⁹ ista
doctrina quolibet die data est et monstra/
ta. Non se excusare poterant ꝙ errauerint
a via propter luminis defectum Nā (quem
admodū dicit sanctus Johānes p̄me Jo/
hannis. ij.) Tenebre transierunt /et verum
lumen iam lucet. Tenebre ignorantie legis
⁊ sancte doctrine transierunt ⁊ verū lumē
lucet. ¶ Secundus modus errandi et de/
uiandi a via. est cum quis non vult sequi il
lum qui viam ostendit. Jesus christus ve/
nit in mundum vt te duceret et dirigeret in
via tua que valde est periculosa. Et propte
rea monstrando tibi viam precessit. Exper
tus est pericula prius ⁊ ante te. Taliter vi/
am disposuit / ꝙ si calcare volueris illuc q̄
ipse calcauit ibis secure post eum: viā quā
ipse tenuit. Sanctus Petrus hoc hodie
dicit in epistola. Christus passus est p no/
bis/vobis relinquens exemplum vt sequa
mini vestigia eius. Qui peccatum non fe/
cit/nec inuentus est dolus in ore eius ⁊c. Q
Jesus christus eundo per mundū inuent⁹
est innocens ⁊ absq̄ peccato. Peccatū nō
fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. et
tunc passus est pro nobis omnibus/ vobis
relinquens exemplū. non dicit nobis relin
quens exemplum: sed vobis loquebat po/
pulo/ne populares dicere possent christuz
solum reliquisse exemplū magnis ⁊ prela/
tis. exemplū inq̄ patiendi. Sed vobis eti
am qui estis ex populo reliquit exemplum
ꝙ ferre debeatis ⁊ pati penas ⁊ mundi tri/
bulationes: sequendo viam suam. vt sequa
mini vestigia eius. Oportuit eum illac trā/
sire vt intraret in gloriam suam. Luce vlti
mo. Nonne oportuit Christū pati ⁊ ita in
trare in gloriam suam? Sed conueniens ē
pati eo qui in epistola describitur modo et
tenore. Cum malediceretur non reddebat
malum: sed voluntarie ⁊ cū magna patien
tia se dabat illis/ qui eum vltimo afficturi
erant supplicio. Heu quis est hic qui non ho/
die sit veluti ouis errans: per hoc ꝙ nullus
sequitur hunc qui viam ostendit: vides de
um tuū/pastorem tuum: eū qui de tam lon
ginquo venit vt tibi viam ostenderet i hoc
mundo omnē aduersitatem et persecutio/
nem habuisse. Et tu es in aduersitate ⁊ per
secutione famis: preliorum / aut cuiuscun/
q̄ alterius tribulationis. es quidem in via
huius qui precedit te. sequere eum et pate/
re patienter sicut ipse fecit. Quis non meru
isset: tu vero meruisti, ⁊ die quolibet mere/ R
ris. Et ideo patienter eas ferre debes Cre
de viam tuā esse nec est alia. Laus deo qui
te per has aduersitates ad viam posuit pa
radisi. Per multas tribulationes oportet
nos intrare in regnum celoꝝ. Quāuis tem
pore pacis bene possit (si quis velit) reperi
re paradisum: tamen oportet ꝙ sit median
te persecutione ⁊ mortificatione carnis p/
prie. Apostolus. Omnes qui pie volunt vi
uere in christo persecutionem patiuntur. ⁊
ad Thimotheum. iij. hoc fabula non est.
Est eīn sancta scriptura. Valde timeo mul
tos esse impatientes: et eo ꝙ ductorem nō
sequuntur decipiuntur. De quo scribitur
Sophonie p̄mo. Auerterunt depost ter/
gum domini: non quesiuerunt hominem:
nec inuestigauerunt eum. Auerterunt de
dulci Jesu christo/non eunt viam suā. Re

uertamur ergo per bonã patientiam / hec
mala sustinendo: vt dici possit ꝙ nunc cõ/
uersi estis ad pastorem ⁊ episcopũ anima/
rum vestrarũ. Alius modus deuiandi est:
cum ouis pascere vult nec alias sequitur.
Sumus ⁊ fuimus transacto tempore tam
tardi ⁊ tam appetentes in hoc mundo per
manere ⁊ bona eius pascere/ꝙ nos mansi
mus post pastorem ⁊ errauimus per mun/
dum hunc in diuersis peccatis vt prediti
Uerum placente deo conuersi sumus per
penitentiam ad pastorem nostrũ in hac pa
S schali festiuitate: ⁊ quolibet die sapientes
conuertuntur ad eũ de erroribus eoꝝ. Si
non es penitens: sanctus Petrus non di/
cet. Eratis aliquando sicut oues errantes
Sed dicet illud quod scribitur in canoni/
ca sua scdo caplo. Canis reuersus ad vo/
mitum suũ et sus lota in volutabro luti ⁊c̃
Tu es sicut canis qui reuertitur ad vomi/
tum ⁊c̃. Noli ergo reuerti ad iniquam vitã
tuam. Noli resumere veterẽ tunicam/ qua
spoliatus es/sed induere nouum hominez
Fac vt habeas nouã hanc vestem: vestem
illam nuptialẽ Si eam perdideris per pec
catum: reuertere ad episcopum tuũ: ad pa/
storem tuum: qui manuz habet extensam
ad te recipiendũ. Miseretur tui: compassi/
onem habet malorũ que pateris. Ad He/
breos .iiij. Non enim habemus pontificez
qui non possit compati infirmitatibus no
stris tentatũ autem per omnia pro similitu
dine absq peccato. Sit tibi grandis spes
te conseruã in confessione fidei. Dicit apo
stolus quosdaz pontifices non habere ad
subiectos misericordiam: quia ignorãt ꝗd
sit tribulatio: cum bene leti sint laute nutri
ti nec curent populum. Chrysostom⁹ epi/
stola ad Hebreos sermone septimo. Mul
ti pontifices ignorant eos qui in tribulati
onibus constituti sunt. Et reddit causam.
Impossibile ꝗppe est scire afflictiones af/
flictorum eum qui experimentum afflictio
nis non habuit. Impossibile est (inꝗt Chri
sostomus) hominẽ aliquem scire et habere
tam magnã compassionẽ afflictionis alte/
T rius/si non habet experimentum aliquorũ
afflictionum ac si habuisset Noster autem
magnus episcopus Jesus christus om̃es
sustinuit afflictiones. Tentatum inꝗt apo
stolus per omnia. Sustinuit afflictiones
⁊ tentationes mundi per omnia: etiam ac

si peccasset/et tamen nunꝙ peccauit. Per/
secutiones passus est a primeua sua etate.
Despectus fuit ⁊ irrisus contra dignissimã
faciem suã accusatus iniurias sustulit/ ver
bera/flagella/ ⁊ demum crucifixionẽ. No/
uit optime quid sit tribulatõ ⁊ afflictio. In
eo enim in quo passus est ⁊ tentatus: po/
tens est ⁊ eis qui tentantur auxiliari. Ad
Hebreos scdo. Ualde magnam spem ha/
bere debemus nos qui talem habem⁹ epi/
scopum ⁊ talẽ pastorem. Ipse est bon⁹ pa/
stor. Bonus pastor ponit animam suam. Ꝭ
est ponit se in periculũ et persecutionẽ pro
grege suo. Sed his qui duntaxat est mer
cennarius qui solum gratia questus oues
custodit. cum primum vidit lupum fugit.
Pastor hic Jesus posuit animã suam pro
nobis vsq ad mortem. Bonus etiam pa/
stor oues suas ad bona ducit pascua Sic
bonus pastor noster facit. Ezechielis. xx
iiij. Ecce ego ipse requiram oues meas/ et
visitabo eas. sic̃ visitat pastor gregem suuz
⁊c̃. Et sequitur. Inducam eas in terraz su/
am: ⁊ pascam eas in pascuis vberrimis: et
in pascuis pinguibus pascẽtur. Requiraz
oues meas ⁊ visitabo eas sicut bonus pa/
stor oues suas visitat cum disperse sunt ꝑ V
temporis aduersitatem aut pluuie aut ful/
guris. ⁊ liberabo eas de tribulationibus.
ponamq eas in pascuis fertilibus et pin/
guissimis. Hoc nobis facit Jesus cũ nos
congregat ad audiendũ verbum dei. Que
est pascua nostra et nostra refectio. Non in
solo pane viuit homo sed in omni ṽbo qḋ
procẽ. ⁊c̃. Etiam congregauit nos in hoc
paschate de locis ĩ quibus eramus disper/
si per diuersa peccata: vnusquisq ĩ via sua
⁊ nos induxit ad locum pascue. hoc est ad
mensam dei ad sanctum altare: vbi accepi
mus vberrimã pascuam/ preciosissimũ vi/
delicet corpus suum /qui est panis celestis
pinguis: angelorum panis. Genesis. xlix.
Pinguis est panis eius: et prebebit delici/
as regibus. hoc est illis qui bonum in sep/
sis habent gubernamen. Uidetis igitur ꝙ
vos qui eratis sicut oues errantes. modo
per dei gratiam conuersi estis ad pastorez
vestrum ⁊ episcopũ vestrum. Non solũ est
pastor vester: sed dignus presbyter et epi/
scopus animarũ vestraruz. Episcopus tã/
tum sonat sicut superintendens Ad episco
pum spectat habere solicitudinem ⁊ curaz

animarum vltra curatos et alios homines ecclesiasticos. Officium episcopi est orare: et deo pro populo suo sacrificium offerre. Hec duo pro nobis fecit Jhesus christus Et propterea probat sanctus Paulus ad
x Hebreos. ipsum esse verum sacerdotem magnum et verum episcopum secundum ordinem melchisedech. Nonne rogauit pro te interea dum in mundo esset? Ausculta quod dicit patri suo Johannis. xvii. Pater sancte serua eos quos dedisti mihi/ vt sint vnum sicut et nos vnum sumus. Non pro eis tantum rogo: sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me vt vniti sint in charitate sicut tu et ego vnum sumus in nature equalitate. Audi magnam precem quam pro te fudit in cruce. De qua dicit Apostolus. In diebus carnis sue preces supplicationesque ad eum qui posset illum saluum facere a morte /cum clamore valido et lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. Ad Hebreos quinto In diebus carnis sue id est passionis sue/ que erat secundum carnem suam Obtulit preces et supplicationes cum lachrymis illi qui potuit eum saluare de morte: non quidem pro se sed pro nobis. Et cum sic oraret cum valido clamore / exauditus est pro sue persone reuerentia / et non ab re. quoniam dignus erat qui exaudiretur.

¶ Sed querere posses/ an ne secundum humanitatem deum patrem orauerit? Respondeo quod sic. Apostolus hoc dicit ad Hebreos septimo. Saluare in perpetuum potest accedentes
y per semetipsum ad deum semper viuens ad interpellandum pro nobis. Ipse est perpetuus sacerdos noster et episcopus qui nos potest saluare eternaliter. Habet enim per semetipsum accessum ad deum. et est semper viuens ad orandum pro nobis. Respice ergo ad quem conuersus sis episcopum. Uerum obtulit etiam sacrificium. s. proprium corpus suum. sacerdos fuit et sacrificium. ipsemet agnus fuit et ouis que oblata fuit pro nobis. Antiquitus sacrificabantur bestie in figuram quod humanitas Jhesu Christi/ deo sacrificanda esset per mortem suam. Ideo merito comparatur oui et agno que ad sacrificium ducebantur. Esaie. liii. Sicut ouis ad occisionem ductus est/ et quasi agnus coram tondente se obmutescit/ et non aperuit os suum et cetera. Semel fecit hoc sacrificium/ semel mortuus est pro te/ non morietur amplius. Noli aliam expectare redemptionem. Ipse non est sicut alii sacerdotes qui deberent offerre oblationem deo in primis pro peccatis suis. et deinde pro peccatis populi. quia ipse est sanctus/ impolutus a peccatis separatus/ supra celos eleuatus. Possem hic dicere aliqua tangentia vitam et statum prelatorum et presbyterorum sancte ecclesie sed non offertur oportunitas sed hoc in sacerdotum conuentionibus vt dicatur locum habet Conuertamus igitur nos deuoti homines ad pastorem nostrum/ episcopum nostrum. quia z
ipse est altus in sede sua in celis vbi nobis talem preparat pascuam quod nunquam intellectus creatus intelligere potuit, nec voluntas desiderare magnas delicias que in ea paradisi sunt pascua. Festinemus ingredi in illam requiem. Festinemus (inquit apostolus) ingredi in illam requiem. Non dicit solum eamus: sed festinemus. Ubi Chrysostomus pulchrum dat exemplum. Si magnum sit tibi desiderium hanc requiem ingrediundi/ festinandum est et currendum. Cum persona aliqua magnum habet ardorem et ingens desiderium locum refugii attingendi: cum ipsa est in periculo currit velociter. non considerat si lapides aliqui sint aut spine in eo per quod currit iter Et si inueniat optimos (quos habet) amicos eos nihili pendit Sic tibi currendum est et calcande sunt spine/ mundane scilicet tribulationes. Nec te offendas apud patrem nec apud matrem nec a quopiam homine aut quauis alia re mundi ledaris que tibi impedimento sit ad locum perueniendi. Eundum est tibi cum ardenti desiderio et magna fiducia/ quoniam ductor tuus/ custos tuus/ episcopus tuus/ tuus pastor/ viam tibi ostendit/ qui est superius in maiestate sua te expectans. Propterea dicebat Apostolus. Adeamus cum fiducia ad thronum gratie eius vt misericordiam consequamur et gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Eamus in magna fiducia ad thronum sue gratie. quia orat pro nobis/ quemadmodum dictum est et precessit, nobis iter monstrando: sequamur eum /vt misericordiam suam et gratiam dum tempus est inuenire queamus in auxilio opportuno. Postea quam enim ianua clausa fuerit nimis tarde eum sequeremur. Tempus est dum viuis: mors

cito venit. Meditare igitur et institue post cum currere ut cum possis attingere illuc quoque peruenire. Prestante domino nostro Jesu Christo. Qui cum deo patre et filio i unitate sancti spiritus viuit et regnat per infinita secula seculorum Amen.

¶ Sermo deuotissimus habitus Parisius per prefatum magistrum Johannem Gerson Cancellarium Parisiensem compositus.

A

Ibi cum videbitis sicut dixit vobis. Marci ultimo scribuntur originaliter. ¶ Quando gustatum est de fructu aliquo ad edendum dulci et delectabili. aut cum videtur fructus aliquis excellens in pulchritudine et suaui odore. Plerumque datur gloria et laus ei qui arborem plantauit Et benedictus sit is qui adeo bonam arborem plantauit. Et laudatur etiam arbor ratione boni fructus qui inde est productus. Hodie autem fructum gustauimus qui pre omnibus rebus est placens et ad comedendum delectabilis. Est enim cibus angelorum et panis celestis qui omnem in se habet suauitatem refectionem et delectationem. Sapientie decimo octauo. Angelorum esca nutriuisti populum tuum et paratum de celo panem prestitisti omne delectamentum in se habentem et omnis saporis suauitatem. O dulcis iesu qui cibus es et angelorum refectio hodie nutriuisti populum tuum precioso corpore tuo. preciosa carne tua preparasti panem celestem in crucis arbore: ubi decoctus fuit in magno charitatis feruore et hodie dedisti populo fructum hunc panem hunc qui adeo est sufficiens adeo dulcis ut in eo nullus saporis sit defectus. Pulcher est et excellens in pulcritudine. Dedisti enim eum nobis hodie glorificatum et immortalem: qui prius et paulo ante tam miserabiliter et ignominiose fuerat tractatus. Verum crucis fornax ipsum nobis reddidit. B visu adeo pulchrum sapidum et tam magni odoris quod mortui ipsum senserunt quando cum eo et in virtute sua resuscitati sunt. O fructus vite nonne rationabile est nos agere gratias et gloriam illi qui hanc arborem plantauit qui hunc fructum portauit. ¶ Dicamus igitur. Benedictus sit deus qui tam bonam arborem plantauit Arborem etiam multum laudare debemus. que est virgo Maria: que talem fructum portauit quo refecti sumus. Dic ergo virgo gloriosa Maria. dic hodie sepius. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris et flores mei fructus honoris et honestatis Ecclesiastici. xxiiii. ¶ Dicit virgo gloriosa Maria. Modo cognoscitis me portasse sicut vitem fructum suauitatis / et magni odoris. Vos christiani et christiane aperte cernitis flores quos portaui esse flores honoris et honestatis. Bene honoris quia hodie fructum dederunt vestitum immortalitate et gloria. Esaie quarto. In die illa erit germen domini in magnificentia et gloria. et fructus terre: Id est. virginis sublimis. Multum itaque hodie debemus laudare hanc arborem hanc virginem Mariam matrem iocundam: que elapsis diebus valde fuit molestata. Sed quod maiorem C laudem ei dicere poterimus quam eam que ab angelo ei dicta fuit: Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. ¶ Salutabimus igitur eam salutatione angelica: et ei presentabimus Aue Maria gratia plena dominus tecum Benedicta tu in mulieribus. Et benedictus fructus ventris tui Jesus christus Amen.

¶ Ibi cum videbitis sicut dixit vobis. Huius diei solennitas sermonis requirit breuitatem. Et ideo ut breuius facere possimus recolligenda est in breui gloriose resurrectionis domini nostri Jhesu Christi historia quemadmodum euangeliste quo ad rei principalitatem describunt. Et super hoc aliqua notabimus. Quoniam autem mysteria et huius resurrectionis secreta sunt tam ardua in tanto numerosa et tam notabilia. dicunt doctores quod bene consideranti mare quoddam esse videtur et abyssus. Et ob hanc causam aliqua familiaria sumemus pro nostra edificatione. Exordiar igitur a sepultura domini nostri iesu Christi. hoc est a precioso corpore suo. Quemadmodum enim die veneris vobis dictum fuit in hora mortis eius dignissima domini nostri Jhesu christi anima corpus reliquit. Propter quod vera subsecuta est mors, et ad infernum descendit ad pa

tres sanctos liberandos. qui propter ori/
ginale peccatum illic detinebantur. Et ibi
anima domini nostri Jhesu Christi tam
diu fuit/ q̃diu preciosum corpus eius fu/
it in sepulchro. O grandis leticia/magna
solennitas fuit in ea parte inferni cum hūc
viderent quem tantopere desiderarant: et
dei visionem quam postulauerant et expe
D ctauerant tunc receperunt. Mirabile: in/
ferni pars vna paradisus fit aduentu do
mini nostri Jhesu christi. Reor omnem lo
cum illum gloria repletum fuisse/ cum do/
mini nostri Jhesu Christi anima ad infe/
ros descendit. Persona domini nostri Je
su Christi que diuina est et eterna in infer
no erat anime vnita et in sepulchro corpo
ri iuncta. Durante itaq̄ tempore ab hora
mortis sue/ad resurrectionis sue vsq̄ ho/
ram. Partes humanitatis domini nostri
Jesu Christi separate fuerunt. anima glo/
riosa erat: corpus vero q̃diu in sepulchro
iacuit: gloriosum non erat: quoadusq̄ ani
ma ei denuo fuit vnita. Hi qui in inferno
erant letabuntur. Nec hoc mirandum est:
habebant enim gloriam. In ea namq̄ ho
ra magno desiderio et expectatione soluti
fuerunt. Et fuerunt anime eorum glorifi/
cate ⁊ ex sacco posite. hoc est de tedio quo
afficiebantur de tanta expectatione. Za/
charie nono. Tu autem in sanguine testa
menti tui eruisti vinctos tuos de lacu in q̄
non erat aqua conuertimini ad munitiōem
vincti spei ⁊c̄. Hi qui in terra sunt/turbati
sunt: quia habent corpus mortuum. Hij
autem qui sunt in inferno faciunt reueren
tiam anime Jhesu Christi. In terra autē
existentes / seruiunt et vngere volunt cor/
pus. Nouit deus/quam tristiciam/quam
solicitudinem deuote ille habuerunt mu/
lieres/que eum sequebantur: et illi fuerant
vsq̄ ad mortem comites. Immo vero vs/
E q̄ ad sepulturam. Sicut enim narrat san
ctus Lucas Luce.xxiij. Subsecute mu/
lieres que cum ipso venerant de Galilea:
viderunt monumentum/et quemadmodū
positum erat corpus eius. Deuote mulie/
res Maria magdalena ⁊ alie Marie at/
q̄ deuote femine viderunt monumentum
⁊ sepulchrum. et considerauerunt quomo
do corpus domini nostri Jesu Christi po
situm fuerat/ statueruntq̄ mox vnguenta
preciosa preparare vt vngerent corpus Je
su Christi. ¶ Reuertentes parauerunt aro/
mata. Reuerse sunt eadem die/ et paraue/
runt atq̄ emerunt aromata eo ꝙ in crasti/
num esset dies sabbati. que dies s̄m legem
erat requiei. Et ideo dicit sanctus Lucas
ꝙ sabbato siluerunt scd̄m legem. Bone
Marie siluerunt. hoc est aromata nō eme
runt/nec ad sepulchrum eo die venerunt.
sed vespere sabbati preparauerunt et eme/
runt (Sicut dicit Beda) residuum suorū
vngentorum. Nouit deus dominica die
valde mane eas surrexisse: vt venirent ad
monumentum Et hic punctum est in quo
nostrum incipit euangelium sancti Mar
ci quod dicit. Et cum transisset sabbatum
Maria magdalene/ Maria iacobi ⁊ Sa
lome emerunt aromata/vt venientes vn/
gerent Jhesum. Et valde mane vna sab/
batorum veniunt ad monumentum/ orto
iam sole. ⁊c̄. Posteaq̄ transisset sabbatum
(erat eñ lege p̄ceptū ꝙ a die veneris in ves
peris vsq̄ ad diem sabbati in vesperꝫ post
occasum solis nullum prorsus fieret opus F
seruile/sabbati) Ergo valde sero preciosa
emerunt aromata/⁊ valde mane venerunt
ad monumentum, hoc est valde mane am/
bulare ceperunt cum adhuc tenebre essent
super terram. dicit sanctus Johānes. Cuꝫ
autem venissent ad sanctum sepulchrū /sol
iam erat ortus. Et ideo dicit sanct⁹ Mar/
cus/Orto iam sole. Maria magdalena p̄/
mum nominatur/quoniam primum se illi
manifestauit. Etiam quia habebat taꝫ ma
gnum ardorem/ quid de magistro suo fie/
ret cognoscere: vt semper in itinere prima
esset. Venerunt ergo mane cum aromati/
bus: et inter eundum dicebant ad inuiceꝫ.
Quis nobis reuoluet lapidem magnum:
quem vidimus pridie poni ad ostium ab
ostio monumenti? O magnus deuotionis
⁊ charitatis (quam habebant) ardor. Be
ne sciuerant esse magnum/immo maximuꝫ
lapidem ad ostium monumenti. Erat q̄p/
pe magnus valde. Et nihilominus vene/
runt vsq̄ ad sepulchrum. nec ab incepto
destiterunt/ nec dicebant. Quid facture su
mus / non enim monumentum possumus
intrare. O deuote mulieres/ facitis quod
in vobis est/Quod facere potestis facitis
Et quod minime complere potuissetis /
deus vt compleatur prouidet. Quia vi-
derunt reuolutum lapidem ⁊c̄. ¶ Deus

prouidit/qꝛ lapis erat reuolut⁹. Angelus
G de celo paruerat illꝰ ad monumētū itroitū
lapis non fuerat reuolutus ab ostio vt Je
sus Christus exiret: sed vt discipuli mani
feste resurrectōnem domini videre possent
Beda. Qui egressus est nascendo clauso ꝟ
ginis vtero resurgendo clauso exiuit sepul
chro. Sicut per miraculum ꝛ operatiōem
mirabilem Jesus christus natus est absq̃
quacunq̃ ventris virginalis fractione/eti
am per miraculum exiuit resurgendo de se
pulchro clauso. sed vt manifeste cerneretur
resurrectionis sue veritas/ magnus lapis
ab ostio erat reuolutus. Et ideo dicit euan
gelista. Et respicientes viderunt reuolutū
lapidem. Per id nobis significatur ꝙ si fa
ciamus quod possumus ꝛ bonam habea
mus voluntatem omnem duriciam pecca
ti ab anima nostra remouendi illud quod
nos facere nequiuerimus: deus et digna
eius prouidentia nostraꝫ supplebit imper
fectionem. Et propterea dicebat Aposto
lus. Velle adiacet mihi: perficere autē nō
inuenio. Ad Romanos octauo. Volun
tas bene agendi in me est: sed propter ma
gnas difficultates superuenientes consum
matio ꝛ perfectio a me non est/ sed a deo.
Posteaq̃ ergo perceperunt reuolutum la
pidem/intrauerunt rotundam quandam
domum quemadmodum quidam docto
res dicunt/que iuxta sepulchrum erat. Et
ibi viderunt angelum supra lapideꝫ ad de
xtram sedentem. hoc est versus meridiem.
Et dicitur dextra. Quoniam sicut dicit do
H ctor quidam/ corpus domini nostri Jesu
Christi in sepulchro sic erat locatum: pe
des ad orientem/ et caput ad occidentem.
Et sic necesse fuit dextram esse versus me
ridiem. Et modus iste obseruatur cū mor
tui sepeliuntur. Angelus ille vestitus erat
stola/vestimento quodam albo. quem cuꝫ
vidissent sancte femine/timuerunt valde ꝛ
obstupuerunt. Non erat mirum/ si aliquid
timoris in principio habuerunt. Sicut
enim dicit sanctus Matheus. Erat au
tem aspectus eius sicut fulgur: et vestimē
tum eius sicut nix. Aspectus eius erat si
cut fulgur quod precedit tonitruum/ꝛ ob
stupendum est propter vehementem clari
tatem. Et erant vestimenta eius alba sicut
nix quod absq̃ mysterio non erat Vestimē
ta alba et splendentia visuq̃ preciosa/ so
lennitatem representāt. Significabat er
go resurrectionem quam angelus annun
ciabat nobis admodum iocundam esse. et
de ea magnopere letandum. Qđ vero ha
bebat aspectum sicut fulgur/ significabat
gloriosam hanc resurrectionem terribilem
visu et obstupendam malis fore. Recorda
ri debemus ꝛ memorari in qua forma ve
niet in die iudicij. Certe in ea veniet forma
in qua hodie resuscitatus fuit ꝛ quam an
geli in seipsis ostenderunt. Quantum eniꝫ
fuerit placens/ ꝛ iocundus ad videndum
bonis ꝛ his qui per gloriam resuscitabun
tur. Exultabunt sancti in gloria letabun
tur in cubilibus suis ꝛc. Sancti exulta
bunt videre gloriam Jhesu Christi/vt in
cubilibus suis: hoc est sepulchris eorum: I
que exibunt gloriosi letabuntur/tm̄ timen
dus veniet malis. Ostendet enim se eis si
cut fulgur ꝛ choruscatio. Matthei. xxiiij.
Sicut fulgur choruscans/ita erit aduen
tus filij hominis. Aduentus domini no
stri Jhesu christi in iudicio malis erit ter
ribilis sicut fulgur. Quia ergo sancte femi
ne prima facie obstupuerunt. angelus eas
confortauit dicens Nolite expauescere Je
sum queritis nazarenum crucifixum Sur
rexit non est hic. Ecce locus vbi posuerūt
eum. Eas confortauit cum hilaritate. qꝛ
iocundissima ipsis nunciauit nuncia. Bo
ni nuncij baiulus est. Jhesum inquit que
ritis nazarenum. Adiecit nazarenum/ad
differentiam alicuius alterius/ qui Jesus
vocari poterat et fuerat crucifixus. Ma
gnum documentum dedit eis angelus ex
hoc ꝙ querebant Jhesum Christum cru
cifixum. Nos facere debem⁹ quemadmo
dum bone hee fecerunt Marie. Querere
debemus Jesum/ hoc est saluationeꝫ / per
Jesum qui interpretatur saluator. Per Je
sum inquā crucifixum plerīq̃ querunt Je
sum: hoc est saluatiōem eorum / vellent sal
ui fieri: sed non querunt per crucem / non
querunt crucifixum. Chrysostom⁹. Mul
ti libenter querunt purpuratum: sed pauci
querunt eum crucifixum vel flagellatum.
Sed anteq̃ inueniatur purpureus / que
ri debet flagellat⁹. Multi sunt inqͥt Chry
sostom⁹ qui querūt Jesum vestitū purpu
ra: hoc est gloria. vellēt eū in glīa sua eē: ſꝫ
pauci sūt q̄ eū querūt crucifixū ꝛ flagellatū
more sanctarum dominarum: ꝛ tamen pā

mō querendus est crucifixus et flagellatus
Hoc est dictum. Querendus est in amari/
tudine lachrymaruz gloriose passionis sue
memorando crucem/ tormenta/et quas ꝑ
nobis sustulit plagas. Si eum hoc pacto
quesiuerimus: nos eum glorificatum repe
riemus: ꝛ participationem habebimꝰ glo
riose sue resurrectionis. scd̄e ad Chorinth.
pmo. Sicut abundant passiones christi ī
nobis. ita ꝛ per ipsum abundat consolatio
nostra. Sicut habuerimus in nobis pla/
gas et dolores passionis Jesu christi. Sic
abundabit in nobis consolatio per suaz re
surrectionem. O q̄ꝫ diligenter querebat eū
apostolus cum dicebat ad Galathas scd̄o
Ut viuam cū Christo cōfixus sum cruci.
Ut viuam cū Jhesu christo qui hodie de
morte resurrexit ad vitam. Confixus sum
cruci sue per magnaz mortis eius compas
sionem. Non igitur de illorum simus nu/
mero qui eum querere nolunt. De quibus
dicit Sophonias propheta Sophonie. j.
Auerterunt de post tergum domini: non
quesierunt eum/nec inuestigarunt eū. Uer
terunt tergum Jesu. Querunt enim eum ꝑ
delicias ꝛ mundanas iocunditates: ꝛ non
in penis ꝛ tribulationibus contriti cordis
et per conpassionem. Non secuti sunt eum
per viam suā. hoc est per viam quā ipse iuit
Ipse per tribulationes/per amaram passi/
onem ad mortē vsqꝫ iuit. Si bene eum se/
qui voluerimus: euz imitari debemus per
hanc semitam. Sicut fecerunt deuote he
et sancte femine/que tantā habebant tristi
ciam/tantū dolorem de eo ꝙ viderant euz
pati: vere querebant crucifigi cum eo. Sz
L quid significat/ ꝙ ipse preciosa habebant
aromata/ habemus doctrinam. Sicut
enim dicit sanctus Gregorius. Conscien/
tias nostras habere debemus bonis virtu
tibus repletas. que sint odorifere taliter vt
proximus noster hinc exemplū queat cape
re. Per aduentū istarum feminarum ad se/
pulchrum in diluculo cum suis aromatibꝫ
significatur ꝙ nos post tenebras peccati q̄
volente deo transierunt per penitentiam ꝛ
peccatorū nostrorum confessionē/ad sepul
chrum venire debemus. hoc est ad altare q̄
rere et recipere preciosum corpꝰ Jesu chri
sti in virtutum operatione ꝛ magna orati/
onis suauitate: sicut deo volente hoc ma/
ne fecistis. sed deinde angelus aut angeli.

(sicut enim alij dicunt euāgeliste duo erāt)
dicebant eis. Uenite ꝛ videte locuz vbi io
seph ꝛ Nicodemus posuerunt eum: quare
queritis eum cū mortuis: viuit enim. Ue/
risimile est tunc eas in monumentū respe/
xisse. ꝛ viderunt sudarium plicatum. sicut
sanctus Petrus ꝛ sanctus Johannes qui
postmodū venerant. In quo magnam ha
bemus doctrinā. ꝙ Jesus christus suū di/
misit sudarium. Et ꝙ hi qui in magna tri/
bulatione ꝛ mentis conseruatione euz que
rebant: sudarium eius inuenerunt. hoc est
dimittit nobis memoriam passionis sue/q̄
per sudarium significatur: vt nos qui ī tri/
bulationibus sumus: cum habemus sudo
rem ꝛ penas ferendi mundi huius ꝛ carnis
molestias atqꝫ aduersitates: memoriaz ha/
bere debemus grauis passionis Jesu chri
sti si bene meditemur penam quā pro om/ M
nibus nostris tribulationibus sustinuit.
Omnes aduersitates ꝛ mundi tribulatio/
nes nos infestātes erunt nobis quo portē/
tur faciliores. Cum accidet tibi quecunqꝫ
fortuna aut tribulatio quā ferēdo sudabis
ꝛ quā difficulter portare valueris Cape su
darium Jesu christi quod tibi misit. Cape
patientiam quā portauit cū pro te mortu/
us fuit. Marie ꝛ discipuli cū primuz vide/
runt sudarium absqꝫ tristicia fuerunt ple/
ni gaudio ꝛ leticia. quia audierunt ꝛ euidē
ter viderūt ipsum resuscitatū esse. Cape eti
am patientie sudarium quod Jesus Chri/
stus tibi reliquit ꝛ noscas tribulationem ꝛ
penā hanc ad glorie statū te ducere. Opor/
tuit christū pati ꝛ ita intrare in gloriam su/
am. Etiam oportet te in hoc mundo pati:
ꝛ demum adipisceris gloriā. Cum ergo vi
dissent sudarium: precepto angelorum exi/
erunt monumentū/qui dicebant eis. Ite
dicite discipulis eiꝰ et Petro ꝛc̄. Uos mu/
lieres aperte cernitis resurrectionem ꝛ Je
sum hic non esse. Ite festinanter ꝛ dicite di
scipulis eius ꝛ Petro ꝙ precedet eos in ga
lileam. Confestim ergo adierunt discipu/
los ꝛ que viderant ꝛ audierant nunciarūt.
Non quidem Jesum surrexisse: sed ꝙ fur/
to ablatus fuisset. Et Petro. Quare nomi/
nat sanctum Petrū potius q̄ꝫ aliū quēpiā
Dicit sanctus Gregorius ꝙ Petrꝰ ob ma/
gnum peccm̄ (qd̄ cōmiserat) nūq̄ꝫ p̄sūpsisset N
ad Jesum christum reuerti: nisi specialiter
per os angeli eum appellasset. Et mox ac/

currerunt sanctus Johannes/et sanctus Petrus. alij magis tardi fuerunt ad credendum. estimabantque mulieres fantasma vidisse. Sanctus Johannes vero et Petrus singularem cum Jesu habuerant familiaritatem/et propterea ardentiores erant et cucurrerunt. Sanctus quoque Johannes qui Petro erat agilior et iunior/ipsum precessit. Expectauit tamen Petrum et distulit ingressum vt Petrus primum ingrederetur monumentum. Ubi nobis datur doctrina quod differre debemus et expectare prelatos nostros quemadmodum sanctus Johannes Petrum quem christus Jhesus totius ecclesie constituerat pastorem. Cogita mulieres predictas ad sepulchrum reuertisse et vna cum duobus discipulis cucurrisse. Discipuli non diu fuerunt apud monumentum sed mox cum non vidissent corpus in sepulchro sed linthea et sudarium: crediderunt Jesum furto fuisse ablatum: quemadmodum eis dixerat sancta Magdalena. Nec tamen ibi diu persistere audebant propter metum iudeorum suntque reuersi. Deuote autem et sancte femine iuxta sepulchrum manserunt in orto. Maria magdalena deambulabat tristis. quia magistri sui corpus ablatum credebat. sepius introspexit in monumentum. quandoque ibat longius vt videret si signa aliqua/aut hominum qui ad sepulchrum venissent inueniret vestigia. Sicut dicit sanctus Gregorius. Amantibus non sufficit semel aspicere. Non sufficit his qui feruenti amore aliquam rem querunt semel vnum aspicere locum. Cum itaque semota esset a sepulchro/ad quindecim (vt dicit doctor quidam) passus: et alie ex opposito essent latere: dominus noster apparuit in habitu simulato. Ipsa vero credens eum esse ortulanum dixit. Domine si tu sustulisti eum dicito mihi vbi posuisti eum et ego ipsum deferam. O magdalena vocas eum dominum et tamen alium esse existimas. dominus tuus est certe. sed quia fidem non habes de gloria sua: nec credis eum resurrexisse. ideo nec eum vides in forma gloriosa Tunc angeli dixerunt ei. Mulier quid ploras? Quem queris? Ploro inquit quia sustulerunt dominum meum et nescio vbi posuerunt eum Jesus vocauit eam et dixit maria. Et confestim illa se conuertit ad eum. Uidit enim angelos reuerentiam illi exhibentes. Et respondit ei Rabbi: et voluit eum tangere. plagas quoque eius vngere: sed Christus non permisit. Nondum inquit ascendi ad patrem meum. hoc erat dicere. nondum esse tempus: quia nondum firmam fidem habebat de sua diuinitate. Tunc accurrit ad socias suas dicens se vidisse dominum suum et eum talia ipsi dixisse inter que dixisset vt iret ad fratres suos scilicet discipulos. Et tunc ceperunt ambulare cum ipsa: dolentes quod non vidissent dominum. Inter ambulandum apparuit omnibus simul. et dixit eis Auete. Et confestim genua flectentes/pedes eius deosculate sunt. Et dixit eis. Nolite timere sed ite ad fratres meos et dicite eis/vt eant in Galileam/et ibi me videbunt. Et hoc est conforme huic quod prius dixerat angelus Ite et dicite discipulis eius et Petro. quia precedet vos in Galileam/ibi eum videbitis sicut dixit vobis. Ite (dicebat Jhesus christus) ad fratres meos. vocat discipulos suos fratres suos. O quale gaudium/qualem leticiam habuerunt domine he exequendi hoc nuncium. Mulieres prima habent nuncia. Credo matrem suam benedictam que adeo defatigata erat plorando et filium suum lamentando (sicut dicit sanctus Augustinus) quod ad sepulchrum venire nequiuisset ea hora bene sciuisse gloriosa hec nuncia. Ualde rationabile erat vt femina ferret nuncium cum prima fuisset mortis causa. Reor quod si diligenter ad monumentum venerant: adhuc multo citius reuerterunt Credo non celasse eas noua hec: mulieres facile cum volunt loquuntur. Magnum mirum. magna iesu christi charitas: discipulos suos fratres vocat/et que conuentio lucis ad tenebras et qualis fraternitas? qualis conuenientia est inter lumen glorie Jesu christi et discipulorum incredulitatem. et tamen eos fratres suos appellat. Est doctrina quod si magnus sis et vltra alios eleuatus in nobilitate/potentia: aut quocunque officio. Noli contemnere hos qui eiusdem tecum sunt nature. nec tamen sunt tam diuites aut potentes: sunt nihilominus fratres tui. Angelus vocauerat eos Jesu christi discipulos. quia cum eo pascha fecerant. Sanctus Gregorius. Non est discipulus christi qui cum eo pascha non fecit Unam omnes discipuli christi sumus et hodie cum ipso pascha fecerimus. resurrexit a morte ad vitam. Si non spiritualiter transisti de morte ad vitam de peccato ad statum gratie non fecisti pascha

Q tuum cū eo sed cum Juda qui ad eternam
sui damnationē: huius preciosum recepis
set sacramentum. Si hodie sacramentali
ter preciosum Jesu corpus veri agni rece
pisti. non ob hoc suus es discipulꝰ nisi eti
am spiritualiter receperis: tunc em̄ pascha
cum eo feceris. Faciendū est pascha spiri
tualiter. Pascha interpretatur transitus.
Transeundū est ab egypto in terram pro
missionis. de statu viciorum ad statū virtu
tum. Et si hoc egeris/ vt mutaueris proposi
tum de malo in bonum. et proposueris re
linquere malā peccandi consuetudinem. ꝛ
velis voluntarie ſm deū viuere. Pascha
fecisti cum Jesu christo. cū eo resurrexisti q̄
ad animam. Ea transmigratio per quā trā
sis de mala vita ad bonam est galilea / que
interpretaꝶ transmigratio. Si discipulus es
vis esse Jhesu christi: et eum videre in glo
ria: perge in galileam. muta teipsum mo
do quo predixi: ꝛ ibi eū videbis. Ibi eum
videbis. Hieronymus. Breuis est senten
tia in syllabis: sed ingens in quantitate p
missionis Reperio bifariā nos deum vide
re posse in Galilea. ¶ Duplicem enim in no
bis inuenio resurrectionē: quarū gloriosa
Jhesu christi resurrectio causa est ꝛ exem
plar. Est vna galilea seu transmigratio spi
ritualis quo ad animā ſm quam rationa
lis anima de peccato transit in gratiam/ si
cut dictū est de spirituali paschate In hac
Galilea videꝶ Jesus per fidē. ꝙ Jesu chri
sti resurrectio causa sit nostre illius resurre
ctionis apparet. Per ipsam em̄ iustificati
R sumus. sicut dicit apostolus. Mortuꝰ est
propter delicta nostra/ ꝛ resurrexit propter
iustificationē nostrā. Q̄ aūt sit causa fidei
nostre liquet. per hoc enim ꝙ visa fuit eius
resurrectio/ creditū est ipsum verū deū esse.
et sic fides habita est de sua diuinitate Si
cut enim cognitū est per crucifixionem ip
sum verū hominem esse. Sic fide cognitū
est verū ipsum deū esse: per potentē suā re
surrectionem. scđe ad Chorintheos vltio.
Et si crucifixus est ex infirmitate nostra: vi
uit ex virtute dei. Fides ergo de sua diui
nitate per eius resurrectionē confirmata
fuit. Ad Collossen̄. ij. Resurrexistis per fi
dem operationis dei qui suscitauit eum a
mortuis. Recepisti hodie eum in specie vi
sibili. Si autē bn̄ resuscitatꝰ fueris de mor
te peccati ad vitam gratie. Vidisti eum in
Galilea. vidisti eū per fidem deū esse et ho
minem in glorificato corpore: sicut pepen
dit in cruce: et sicut sedet ad dexteram patris
ꝛ sicut integer resurrexit in omnibus suis
membris. Sic eū integre in corpore ꝛ ani
ma ꝛ in sanguine recepisti. Tene ergo eum
posteaq̄ eum vides. Femine sancte Ma
rie receperunt eum in itinere ꝛ tenuerūt pe
des eius. solū dedit eis pedes quos tenerēt
sed hodie se totum tibi dedit. tu eum totū
conserua. Est in celo ad dexteram patris. sic
etiam oportꝫ te cogitationes tuas habere
ad celum si eū velis tenere. Si consurrexi
stis cum christo que sursum sunt sapite non
que super terram. Ad Colloc. iij. Sed ma S
gnopere timeo ne hodie de anima plurimorū
dici possit quod scribitur. ij. Regum. iiij. ꝙ
non surrexit puer helisei. Est is qui resusci
tauit puerum: famulū autē suum Gesi id
attentantē constat non potuisse. Sic etiā
si verus Helizeus Jesus non venit in cre
aturam spiritualiter sed solū sacramentali
ter: puer hoc est anima non resuscitabitur
in virtute effectus sacramenti. Magdale
na non potuit vnq̄ videre christum donec
de resurrectione fidē haberet. Necesse est ꝙ
certam fidem de hac resurrectione habere:
ꝛ in hac fide eum videbimus. Ibi eum vi
debitis. Ibi: id est in vera fide. Celebrabis
pascha sicut Moyses de quo scriptum est
ad Hebreos. xj. Fide celebrauit pascha et
sanguinis effusionem ne q̄ vastauit primo
genita egyptiorū. Moyses cū esset egyptū
credidit his que dixit deus. quia vnxit po
stes domuū sanguine agni de quo erat co
mesturus ſm dei ordinationē. ꝛ per h̄ mor
tem euitauit. Erat enim angelus quidam
transiens de domo in domū. ꝛ vbi non in
ueniebat sanguinē illū: occidebat primo
genitum adeo vt non esset domus egypti
aca in qua non inueniretur mortuū. Sed
in horū domibus qui pascha fecerāt om̄ia
viua erant. Utinam igiꝶ fecerimus pasca
nostrum. Pascha nostrū immolatꝰ est chri
stus. Faciamus vt sanguine Jhesu signe
mur: et reor malignum angelū tibi nocere
non posse. Si autē hoc non feceris: firmi
ter crede te mortuum habiturum ī domo
tua. Sicut habebant egyptij qui erant te
nebrosi ꝛ peccatis obsiti. Sitis ſm aīam T
resuscitati. Et hec est prima resurrectio.
¶ Secunda resurrectio. Est secunda re

ſurrectio generalis corporis/que ĩ fine mũ
di futura eſt: vbi erit magna tranſmigratõ
erit profecto bene galileis. qz de ſtatu mor
talitatis ⁊ putredinis omniũ hominũ cor/
pora (qui vnq̃ fuerunt) vitam reſument ⁊
reunient animabus ſuis: Nec vnq̃ poſtea
ſunt moritura ĩ illa galilea in illa tranſmi
gratione recte vobis dicere poſſuz. Ibi eũ
videbitis. Eſt articulus fidei. Expecto re/
ſurrectionẽ mortuorũ. ſupple generalem. ſi
cut firmiter credimus. Et eſt articulus fi/
dei. q̃ Jeſus chriſtus reſurrexit ſm carnez
Nam ſm animã nunq̃ mortuus fuit quia
nunq̃ peccatũ fecit. ideo non reſurrexit ſm
animã. Quemadmodũ dixi nos in h mun
do ſm animaz reſurgerẽ oportere. Poſtea
q̃ ergo credis Jeſu chriſti reſurrectionem
factam eſſe ⁊ preteritã: ſic credere debes te
ipſum quandoq̃ reſurrecturũ. cum omni/
bus aliis Jeſus chriſtus in reſurrectione
ſua viam tibi oſtẽdit ⁊ exemplũ dedit. Per
hoc enim q̃ Jeſus chriſtus reſurrexit: co/
gnitionem habemus per fidẽ et nos reſur/
recturos. prime ad Chorinth. xv. Si chri
ſtus predicat q̃ reſurrexit a mortuis. quo/
modo quidã dicunt in nobis/ quoniam re
ſurrectio mortuorum non eſt. Si predica
mus Jeſum chriſtũ reſurrexiſſe quis eſt no
ſtrum qui reſurrectionẽ negat futurã. Sã
V ctus paulus generalẽ perſuadet reſurrectõ
nem/ per illã que eſt Jeſu chriſti. Magna
autẽ differentia ⁊ longa diuerſitas reſurgẽ
tium eſt futura. Hi enim boni videlicet et
iuſti reſurgent in gloria / ⁊ de morte tranſi/
bunt ad vitã perhennẽ cũ angelis celeſtib9
in paradiſum: vbi gaudiũ nanciſcent eter/
num. Mali vero corpora eorum reſumẽt:
⁊ reſurgent in dei iudicio. Per quod mittẽ
tur in corpore ⁊ anima ad eternã damnati
onem. Ite maledicti in ignem eternuz qui
paratus eſt diabolo et angelis eius. Mat
thei. xxv. Hanc finalẽ reſurrectionez futu/
ram dicebat Jeſus chriſtus diſcipulis ſu
is ⁊ turbe iudeorum. Johis. v. Poſtq̃ di/
xiſſet eis de prima reſurrectione anime. Di
xerat enim eis. Uenit hora ⁊ nũc eſt quan
do mortui audient vocẽ filij dei. ⁊ qui audi
erint viuent. Mortui hoc eſt (ſm Augu/
ſtinuz. xx. de ciuitate dei) Hi qui ſunt ĩ pec
cato mortali. audient vocem. hoc eſt prece
ptum dei. et qui audierint/ viuent per gra/
tiam. Et eſt prima ſupradicta reſurrectio.

Dixit eis preterea Nolite mirari hoc quia
venit hora/ non dixit ⁊ nunc eſt in qua om
nes qui in monumẽtis ſunt audient vocez
filij dei. Et qui bona fecerunt ibunt ĩ reſur
rectionem vite. Qui vero mala egerunt/ in
reſurrectionẽ iudicij ſcz dei. Eligamus cu
iuſnam partis eſſe velimus. Comparendũ
nãq̃ nobis erit in ppria perſona. Cogita
oportere ⁊ te ibi adeſſe. res non agemus
ſine te. Ibi eum videbitis. Boni veſtiẽtur
gloria ⁊ videbunt gloriã Jeſu chriſti. qui X
bus dicet. Uenite benedicti patris mei p
cipite regnũ quod vobis paratũ eſt ab ori/
gine mundi. Uenite venite qui benedicti
eſtis a patre meo/ percipite regnũ quod vo
bis paratuz eſt a mundi initio. Benedicti
ſunt ⁊ erũt illi. glorificabũtur enim in cor/
pore ⁊ anima. Corpus clarius erit ſole. om
nia plena erunt gloria. Et per oppoſitum
fiet malis. Licet eñi reſurgant ad vitã na/
turalem. nõ tamen ad vitã ſpiritualem. Et
ideo reſurrectio eorũ in ſcriptura ſecunda
nominat mors. Primũ nãq̃ mortui erant
per peccatũ/ nec prima reſurrexerant reſur
rectione. et ideo nec participationez habe/
bunt in ſecunda. Propterea dicit ſanctus
Auguſtin9 ſcdo d ciuitate. Reſurgat ergo
in prima qui nõ vult in ſecũda reſurrectio/
ne damnari. qui nõ vult in ſecũda reſurre/
ctione generali damnari reſurgat in pma:
que nunc eſt. id eſt que eſt in hoc mundo q̃
diu viuimus. Apocalipſis. xx. Hec eſt re/
ſurrectio prima: beatus ⁊ ſanctus qui ha/
bet partẽ in reſurrectione prima In his ſe
cunda mors non habet poteſtatẽ. Bene/
dictus ſit ille qui primũ reſurget de vicijs
ad virtutes. de peccat ad gratiã/ que eſt p
ma reſurrectio. Secunda mors h ẽ mors Y
perpetua in corpore ⁊ anima quã mali per
petiẽtur in ſecunda reſurrectione genera/
li nullã in eo homine habebat poteſtatem
Si igitur hodie per gratiã dei reſurrexiſti
dumtaxat pſeuerandũ eſt in ea vita ſpiri/
tuali. Et crede firmiter ⁊ hoc ſperes. q̃ ſic
hodie domin9 noſter in carne reſurrexit et
eſt glorioſus. Nec vnq̃ eſt moriturus. Iu
xta illud. Chriſtus reſurgens ex mortuis.
⁊c. Sic reſurges in die iudicij: etiã ſi cor/
pus tuum in mille ſit pticulis/ buſtũ/ ſum
me'ſum incineratum putridũ et exuſtum
Nihilomin9 ipſum recipies valde glioſuz
⁊ multo lumine plenũ. in quo humanitatẽ

Jesu christi glorificatū videbis talem qui dem qualis hodie resurrexit.ij. ad Chorin thios.iij. Nos autem oēs reuelata facie gloriā domini speculātes in eandē imagi nem transformamur a claritate in clarita tem. Uult dicere apostolus. Nos futuros esse similes Jesu christo. Uestiemur simili veste ad Philipēses.iij. Reformabit corp⁹ humilitatis nostre/configuratū corpi cla ritatis sue. Reformabit corpus humilita tis nostre.hoc est corp⁹ quod humiliatū fu erit per putredinē ⁊ omnino in cinere: assi milabitur claritati corpis eius. Et ideo cū magna spe dicebat Job.xix. Scio ꝙ redē ptor meus viuit/ ⁊ in nouissimo die surre cturus sum: ⁊ in carne mea videbo deum saluatorē meum. Dicebat. Scio per fidē ⁊ firmā credulitatē ꝙ redemptor meus viuit ⁊ resurrexit tertia die post mortē suam. Et scio ⁊ credo ꝙ in nouissimo huius mundi die resurrectur⁹ sum.et ibi cū videbo ī mea carne. Egoipse ⁊ nō alius: egoipse et non ero alius. Uidebo deū redemptorē meū et saluatorē. Facite igit̄ sicut Job. quia ibi eū videbitis/quādo in gloria resurgetis/ pre stante dn̄o nostro Jesu christo. Qui cū pa tre et spiritusancto viuit ⁊ regnat in secu la seculorum. Amen.

Z ¶ Sermo de sanctospiritu factus ꝑ ma gistrum Johannē de Gersono in p̄sentia regis francie ⁊ aliorū complurū domino rum ⁊ magnatū.

Accipietis virtu tem superuenientis spiritussancti in vos. Actuū.j. Nisi (inquit Gre gorius in euāgelio hodierno) spiritussan ctus cordi assit audientis inuanū laborat lingua loquētis. Hoc patuit in Pharaone rege egypti. Et patet generaliter in omni bus obstinatis q̄ pro nulla admonitiōe mo ueri volunt corrigi aut se ad penitentiam molles exhibere. Uerū oīa vertunt in fa bulas/despectū/ et irrisionē. que pro eorū vtilitate salute ⁊ emendatiōe docent̄. Et q̄ re est? Quia ꝑ enormia eorū facinora a cor dibus principalē expulerūt doctorē. Dis ponamus itaqꝫ modo nos quo eū recipia mus.nec ei portas spiritualis habitatiōis claudam⁹ per horribilē pessulū peccati. Au diamus libenter de eo verba fieri. Supra tales enī homines solet descēdere. Patet hoc in actib⁹ apostolorū. Et cecidit spiritussan ctus sup eos qui audiebant verbū. Non p̄ beamus illi surdā aurē sed eum deuote de precemur dicētes. Ueni sancte spiritus, re ple tuorū corda fideliū ⁊c. O sancte spirit⁹ summe magister ⁊ doctor anime. veni veni precamur/⁊ subditorū tuorū corda visita/ atqꝫ ea lumine gratie reple ⁊ virtutū/quem admodū hodie centū ⁊ viginti replesti per sonas.inter quas gloriosa erat virgo Ma ria/que tua obumbratiōe nostrum cōcepit saluatorē. Ad quā deuote recurramus pro gratia illa impetrāda: et ad fructuose audi endū verbū diuinū. Et eā salutabimus ⁊c Aue maria grā ple.⁊c. ¶ Accipietis vir tutē superuenientis ⁊c. Uerba ꝓposita sunt nouissima verba que locut⁹ est saluator no ster in sue ascēsionis hora: relinquēdo apo stolos suos Hoc autē actū fuit quasi respō dendo deuote cuidā preci ⁊ pio complan ctu quē discipuli ⁊ apostoli illi dicere potu issent hoc pacto. O summe magister Jesu christe/domin⁹ noster ⁊ preceptor singularis: quomodo ⁊ quare nos deseris? Nos q̄ mo do pauperes tui sumus discipuli: inter in gentia mūdi hui⁹ pericula/ que fragilitas A nostra absqꝫ tuo subsidio superare poterit minime? Nonne vidisti in hora passionis tue quādo a nobis fueras ablatus ⁊ a soci etate nostra/nos oēs in fugā versos fuisse Et egoipse (inquit sanct⁹ Petrus) ad vo cem simplicis cuiusdē ancille fidē tuam ne gaui ⁊ legem. Qualiter ergo futuri sumus predicatores ⁊ cōstanter docturi in presen tia obstinatorū iudeorū principum et do minorū: qui nos morti tradēt. Si sic a no bis separeris.si sic nos dimiseris veluti or phanos sine patre. oues absqꝫ pastore.⁊ di scipulos sine magistro? Heu dn̄e periculo sissimū preliū/ non corporale modo/ verū etiā spirituale aduersum nos conciliabitur Et faciet humani generis inimicus crude lissimos cōtra anime nostre domiciliū in sultus. Adducet superbiā falsum tyrannū qui in nobis voluerit dominari. Obstina ta auaricia multū conabitur nos destrue re atqꝫ ꝓsternere. Somnolenta pigricia. Inuidia odijs referta. Ira violenta. Lux uria ceca. Turpis gula. Et alia sine nume ro vicia cōcordi federe nos adoriri tenta bunt Modo quidē vi/modo fraude/iam ꝑ ditione iniqua/iā subtilitate castellū nr̄m intrare nitent̄ vt excludant et exterminent

omnē virtutū militiā ꝑ te nobis concessam
commissam et amministratā. O domine q̄
est fortitudo nostra. potestas nostra: vt tā
periculose resistere queamus inuidie ⁊ tam
crudelibus insultibus: nisi tu nobiscū sis
ad nos conseruādos / iuuandos / et confor
tandos: precipue cū iuxta dictū tuum sine
te nihil facere valeam⁹. Sine me (inquit
christus) nihil potestis facere. Quo pacto
infideles cōuertere poterimus. nouas ter
ras acquirere Si tu qui imperator noster es
magister ⁊ dn̄s nos deseras: Te igit̄ glori
B sissime magister oramus ne a nobis absce
das: verū ad finē vsq̄ cōtinue nobiscū per
maneas. Nā p recessu tuo tristicia adimple
bit cor nostrū. Ad humilē hanc precē ⁊ cō
planctū lamentabilē / quo vti poterāt apo
stoli. Respōdit dn̄s noster Jesus christ⁹ ꝑ
verba ꝓposita dicens. Accipietis virtutē
superuenietis spiritussancti in vos. Tūc apo
stoli habita illa ꝓmissione / receperunt aliq̄
le gaudiū ⁊ consolationē. Et cū primū san
ctos ascendisset celos dn̄s discipuli d mō
te oliueti in Hierusalē descenderūt. ⁊ ad di
gne recipiendū adeo nobilē atq̄ gloriosū
hospitē (qualis est spiritussanct⁹) vnusquis
q̄ circa seip̄m satagebat / domū anime sue
⁊ spiritualē habitationē ita ꝑparare ne pul
uis auaricie in ea reperiret. nec festuce lux
urie / aranee inuidie ⁊ ire / nec fumus supbie
Posthac sparserūt ⁊ seminauerūt viridem
studiosarū operationū herbā / mixtā placen
tibus purarū affectionū floribus vt rosa al
ba castitatis. rubea charitatis. margarita
humilitatis. saluia obediētie. purpureo ab
stinentie flore. lilio nobilitatis libertatis et
om̄is excellētie. discretio ianuam obserua
bat cū domicella sua male agendi timore.
q̄ tenebat claues obediētie. Diligētia erat
ancilla q̄ fatuā expellebat ociositatē / som
nolentā accidiā / malā agendi dispositōem
nec defuit studiosum periculū nobilitatis
filius: cū verecūdia ratiōis filia sapientie.
qui ambo simul repellebāt male agēdi oc
casionem adulatricē ⁊ deceptricē. nec quā
cunq̄ dignabant̄ recipere turpitudinem.
¶ In hac spirituali domo apostolorū pro
tensa fuerūt tapeta ⁊ panni et lino cōfecti
magno quidē texti artificio. et per diuinā
sapientiā subtiliter cōpacti texti et figurati
Quoniā imagines ⁊ exempla omniū mili
tum validorū ipsi⁹ dei: virtutes scʒ ⁊ nobi
les triumphi descripti ⁊ figurati fuerunt.

Propter quā causam: vt daret̄ occasio imi
tandi eos / quemadmodū antiqui faciebāt
romani. Ut notat Salustius in prologo
iugurthino. Et valeri⁹ libro scd̄o. caplo ꝑ
mo. Et vt summatim dicat̄ apostolorū or
dinationi nihil prorsus deerat quod spiri
tuali cōgrueret habitationi. immo erat pu
ra ⁊ mūda. Scd̄m quod canit mater no
stra sancta ecclesia. Inuenit corda discipu
lorum receptacula mūda Et dedit eis cha
rismatū dona. Ut aūt bonus hospes spiri
tussanctus citi⁹ dignaret̄ descendere: mise
runt obuiā ei orationē deuotā. Nam erant
vnanimiter ꝑseuerantes in oratōe. Actuū
ꝓmo. Nec cessauit oratio quoadusq̄ hospi
tem adduxit. et Jesu christi ꝓmissio adim C
pleta fuit. In qua dixerat. Accipietis vir
tutē superuenietis spiritussancti in vos. Pro
fecto sic hodie factū fuit / cū apostoli decē
post diebus sanctū receperūt spiritū. Qui
cū tonitruo et similitudine ignis descendit
per quē cōfortati fuerūt / et vigorose admo
dum cōsolati. Quomodo cōfortati: Mul
tis certe modis: precipue tribus. Quia cū
futuri erant milites sui ad legē suā seruan
dam ⁊ tutandam / eos scuto donauit fidei.
Gladio vere sapiētie. et insuper armis pror
sus a pedibus vsq̄ ad capita munientibꝫ
armis scʒ cōmunis cōfederationis. Dona
uit eos scuto firme fidei. De quo apostolus
ad Ephesios. v. In omnibꝫ accipiētes scu
tum fidei. In psalmo Scuto circundabit
te veritas eius. Gladio vere sapiētie. De q̄
ibidem. Accingimini gladio spirit⁹ / quod
est verbū dei. Armis autē cōmunis confe
derationis. Nā multitudinis credentium
erat cor vnū ⁊ anima vna. Actuū. quarto.
Prima cōfortatio ad patris spectat poten
tiam. Quia om̄ia possibilia sunt credenti.
firmiter scʒ ait christus. Secunda ad sapi
entiam filij. Tertia ad bonitatē et vnitatē
spiritussancti. ¶ Et in declaratiōe triū isto
rum articulorū noster continebitur sermo.
Audite primū quomodo gloriosus h̄ ho
spes spiritussanct⁹ scutū dederit firme cre
dulitatis. Anteq̄ reciperetur ab apostolis
Petrus (vt dictum est) ad vnius ancille ꝟ
bum fidē violauit. Et omnes apostoli ver
si sunt in fugā. Sed modo cū omnes prin
cipes / reges et prelati eos varijs duxerunt
modis ⁊ tractarunt / qui vetuerunt eis sub
magnis penis et minis ne deinceps in no
mine Jhesu Christi predicarent. ¶ Quid

respondit sanctus Petrus: negauit ne cū
dixit ne se illum nō cognoscere? Non. sed
mox supradicto se armans scuto dixit con
stanter. O principes inquit decernite: si di
gna sit ⁊ iusta petitio vt potius vob quā deo
obediamus: pfecto tacere nō possumus q
vidimus ⁊ cognouimus de iesu christo: re
surrectione eius ⁊ ascensione. Utinā de⁹
vellet ad oīa pcepta iniusta que magna
tes faciunt simili responderetur pacto: nec
plus obedientie pstaret hoib qui solū dei
sunt satellites quā deo q sūm⁹ est dñs. Sic
D aūt nō est. Sunt enī plerique famuli q siue
iure siue iniuria siue bñ siue male volūt p
adulationē ad cordānationē suis obedire
dñis putātque se sufficiēt excusatos postea
quā a dñis iussi sūt: nec se credunt delinqre
posse. Et (qd detestabilius est) plerique ser
ui sunt diaboli q plus maloꝝ faciūt quā eis
pcipiat. sic nō obediebāt apl'i pncipib: vt
deo fierent inobedientes. Et cū hac de cā
opprobrijs afficerent. irriderēt ⁊ penis af
fligerent varijs: nō reclamabant nec irasce
bāt verꝫ gaudentes ibant: eo qd tales susti
nebant iniurias fidē defendendo. Ibāt
gaudentes a cōspectu cōcilij ⁊c. Act. ix. Eaꝫ
cōstantiam virtuosam: eam cōfortationē h
firme fidei scutū cōcessit spūssanctus sācto
paulo: cū de suo aduersario ⁊ inimici mili
te legitimū suū fecit famulū. cum firmā re
cepisset fidem. Nonne dixit? Certus sum:
qd neque mors neque vita nec tribulatio nec
angustie nec fames nec psecutio nec aliud
quodcūque malū me sepabit a caritate xpi
Huius scuti auxilio vigoroso superarunt
oēs dei martyres grauissima queque tor
menta que potuerūt eis inferri aut offerri
p horribilē thyrānoꝝ crudelitatē. Ualde
igit gratiosam cōsolationē dat spūssanct⁹
cōcedendo scutū hoc firme in deū creduli
tatis. Niti debꝫ quisque christianus vt ipm
recipiat ⁊ custodiat. ⁊ pcipue tu metuēdis
sime dñe q es pncipalis miles dei ⁊ certa
tor. Reperio enī p veteres biblie hystorias
q maxīa laus que possit inesse pncipi ali
cui aut regi: est firma in deū fides. Nonne
habemus psecutiones regū israel ⁊ popli
eoꝝ ob huius virtutis defectū euenisse: ptꝫ
in libris iosue: Judicū: Regū: Paral'. qua
si p totū. Et hoc dicebat anchior Judith
Et etiaꝫ fm doctores vna causaꝝ pncipa
liū ppter quas saul pmus rex israel: regnū
suū pdidit: atque crudeliter mortu⁹ est: fuit
quia cōsuluerat qndam diuinatricē ⁊ sorti
legam p supstitionē falsam ⁊ phibitā. patꝫ
j. Regū. iij. Timeo quosdā esse qui potius
credant ⁊ cōfidant magis reb fictis supsti
tiosis ⁊ irrōnabilib vt somnijs sortilegijs
⁊ incantationib quā sancte scripture. Et E
illa stulta credulitas et illusiōe pueniт ma
ligni spūs atque sancte cōtrariat fidei. ob de
fectū huius virtutis salomon suā amisit
sapiam ⁊ glīaꝫ cū in idolatriā cecidisset in
fine dierū suoꝝ. Dīs qꝫ pgenies achab re
gis israel destructa fuit ob illud. imo ⁊ ipse
met achab falsus ⁊ deceptus fuit p eos (q
bus credebat) diuinatores. Egrediar et
ero spūs ⁊c. E diuerso regnū dauid stabili
tum fuit ⁊ cōfirmatū: ⁊ sic etiam erat regnū
francie quādiu reges francie firmā seruaue
rūt fidem. Scdm pphetiam sancti Remi
gij remensis quā dixit baptisando clodo
ueum pmū regem francie christianū: ⁊ h
pacto eam modo seruabunt volente dño
Et tu nobilissime ⁊ excellentissime pncepſ
diligentiam adhibe vt nobilem pdecesso
rum tuoꝝ laudem qua christianissimi vo
cant: nō patiaris in te desinere: aut vlla ex
parte diminui aut labefactari. Assume et
cōstanter accipe scutum hoc fidei firme qd
p simile dici potest scutum cū tri
bus lilioꝝ floribus aureis ppter fidem tri
nitatis in vnione diuinitatis. Per hoc scu
tum resistere poteris omnib periculosis i
sultibus inimici humane creature: qui cō
tinue castrametat anime tue castellum: qd
solo nititur equare destruere ⁊ intrare: teque
prsus pdere: siue iaciēdo duros ingratitu
dis lapides siue venenatiuas sagittas ire ⁊
ipatientie: siue imittendo fetulum ⁊ arden
tissimū stulti amoris ignem: siue emitten
do horribiles machinas superbie ⁊ psum
ptiōis. Tu vero ex opposito hoc te arma
bis scuto: ⁊ in teipso p bonā dices creduli
tatē. O humani generis inimice. hoc nō
me vinces pacto: nec me falles: quia cum
credam deum esse: ⁊ illum deum meū esse:
meū creatorem: patrem meū ⁊ dñm meū:
⁊ oīa bōa ⁊ honor quē vltra alios habeo
ab eo pueniat: valde a me amandus est: ti
mendus ⁊ metuendus: illi gratie agende:
honorādus est: ⁊ pcepta eius suanda: ⁊ ei
obediendū semp adeo bene: aut melius quā F
vellē subditos meos mihi facere. Si aūt
incōmodū aliqd aut tribulatiōeꝫ mihi mi
serit: debeo ne ppt id cōtra eū murmurare

ꝑ impaciētiā: nō ꝑfecto. Posteaq̄ eñi ipm
esse credā sapientissimū iustissimū cogno/
scere me oportet q̄ oīa quecūq̄ ab eo fi
unt: fiūt ꝓpter melius: sapientissime q̄dem
⁊ ex maximo ꝯsilio: q̄uis forsitan ꝑcipere
nequeā. sicut filius aut discipulus nō sem
ꝑ nouit bonū ꝓpter qđ pater aut p̄ceptor
ei infligit punitionem. Dic insuper cum
sciam amorē stultum ⁊ cecū displicere deo
⁊ ꝑ eū fit ꝑiuriū ⁊ violat᷑ fides in m̄rimo/
nio charissime sponse ꝓmissa: qđ nobilis
quisq̄ etiam inimicis suis minime facere
deberet vsq̄ etiam ad mortē: nō me tā rigi
de summittere debeo magistro: ꝑ quē in hoc
mūdo bonā quis ꝑdit famā ⁊ in alio para
disum. Et quicq̄d dicant aliqui falsi vio/
lenti ⁊ dānati hoīes militem nil valere: ni
si fatuo amore sit amator. hoc falso dicit᷑
⁊ inique: atq̄ est in deū blasphemia: nūq̄
eñi adeo forte sapiens aut potēs negociū:
aut opus quodcūq̄ q̄ntūcūq̄ apparenter
magnū si ꝑ fatuū fiat amorē studiosum ē:
sed viciosissimū ⁊ idolatrie assimilat᷑: nec
t̄palem habebit remunerationē sed eternā
dānationē. Demū ꝯtra sup̄biā dic ꝑ bonā
fiduciā. Rex sum potentissimus ⁊ nobilis/
simus inter ceteros. An t̄n ob hoc p̄sumptu
ose superbire debeo? nō reuera. Qm̄ scio ⁊
credo: oīa hec ꝺ gratia dei mihi collata
esse: absq̄ meis meritis: q̄ hodie aut peren
die rōnabiliter oīa mihi pōt auferre: mor/
te aut alio quouis mō. ⁊ regnū meā alteri
dare absq̄ hoc vt iure ꝯqueri possim. Dñi
eñi ē regnū cuicūq̄ voluerit dabit illō: dū
taxat famulus eius sum volūtate sua cō/
mi[illegible]s ⁊ ordinat᷒: ad iuste ⁊ debite guber
nandū populū suū rōnē q̄z redditurus sū
vsq̄ ad postremū denariū in cōputoꝝ ca/
mera coram ipsomet. Et si perperā egerim
accusabor in consistorio suo sublimi ipso
sedente sup̄ iusticie lectū ꝯscia quoq̄ ꝓpria
me accusabit ⁊ ꝯdemnabor coram diuina
maiestate ꝯfuse admodū toto spectāte mū
do. Est itaq̄ mihi grandis humiliationis
causa nō sup̄bie sed timoris atq̄ subditos
meos rōnabiliter ⁊ pacifice gubernandi.
G Reputare debeo memetipm mortalē ho/
minē ⁊ debilē. quēadmodū aliū hoīem: et
subiectos meos hoīes esse ad eternam or/
dinatos saluationē: ⁊ nō canes inutiles: si
cut sūt aliqui q̄ in inferno more canino la
trabunt ob penaꝝ duriciam ⁊ asperitatē
tormentoꝝ nisi coꝝ emendarint vitam. cū

bi q̄ sic vocant᷑ in ꝑadiso gaudebunt. Rex
christianissime ꝓ scuto capere sic debes fir
mā credulitatē: ꝯtra malas inimici tenta/
tiōes: sine eñi tali scuto hō facillime sup̄at᷑
⁊ spūali traditus morti. sepe aūt ꝑ miracu
lū scutū istud ꝓtegit eos q̄ h̄ armati sunt
scuto. Quis saluauit Noe t̄pe diluuij? fir/
ma credulitas. Quid diuisit mare rubꝝ et
fluuiū iordanis vt transirēt filij israel ⁊ sal
uarēt᷑? firma credulitas. Quid victoriam
dedit Josue Jude Machabeo fratribus
eius ⁊ alijs compluribꝫ? firma credulitas.
Quis sanitatē dedit īminere multitudini
infirmoꝝ t̄pe iesu christi? apparet ꝑ textū
euangelij fuisse firmā fidē ⁊ bonā creduli
tatē. Et breuiter nullus vnq̄ hoīm bonā
hūit fiduciā ⁊ credulitatē erga deū suū q̄n
cū iuuerit ⁊ in morte remūerarit: aut in vi
ta miraculis aut q̄uis alio mō. Quis spe/
rauit ī dño ⁊ ꝯfusus ē? ꝺ hac materia egre
gie ꝑorat ap̄lus ad Heb. xi. Hoc bñ no
uerant ap̄li ante iesu xp̄i passionē cū ora/
rent vt fides in eis sumeret incrementum
Dñe inquiūt adauge in nobis fidem tuā
quā hodie sensibilit᷑ spm̄sctm̄ recipiendo ꝑ
ceperūt q̄ eos donauit scuto firme fidei tā
q̄ vna ex efficacibꝫ ꝯfortationibꝫ. De q̄bꝫ
loq̄t᷑ thema nr̄m dicēs. Accipietis virtutē
sup̄uenientis spūssancti in vos. Et in h̄ p̄
mā finio ꝑtem. ¶ Insup̄ q̄ ad secūdā ꝑtem
intelligere velitis quo pacto gl'iosus hic
hospes spūssanctus ap̄lis vigorosam de/
derit ꝯfortationē dando eis gladium vere
sapie. Gladiū spūs de q̄ ap̄lus. Uiuus et
efficax ē sermo dei ⁊c. Priusq̄ ap̄li recipe/
rent spm̄sctm̄ simplices erant hoīes: absq̄
l'ris ⁊ absq̄ doctrina ⁊ mō sup̄ant ⁊ vincūt
eoꝝ sapia subtilissimos quosq̄ mundi do
ctores. s̄m eñi iesu christi ꝓmissum recepe H
rūt oēm sciam ⁊ omnē veritatē. Cū (inq̄t)
venerit ille spūs veritatꝭ docebit vos oēm
veritatē. Qđ intelligit᷑ de oīni veritate vti
li ad bene viuendū ⁊ ad salutē aīe ꝓficiēte
Oīs eñi alia scia est veluti vmbra verita
tis. Si scire volumus qđ dictū est ꝯsidere
mus sctm̄ Johēm euāgelistā. q̄ p̄us in ma
ri simplex erat piscator q̄ t̄n in p̄ncipio sui
euāgelij tā sublimiter locutus est: ⁊ subtili
ter de trinitate ⁊ diuinitate: qđ si Paulo
sublimius locutus fuisset tot᷒ mūdus ca/
pere nō potuisset. In p̄ncipio (inq̄t) erat ꝟ
bū ⁊ verbū erat apud deū. h̄ doctus plato
nesciuit h̄ demosthenes eloquens ignora

nit: ait Hiero. Nec obliuioni dandũ ē eui
dens hui⁹ diei miraculũ. Ut em̃ apl'i q̃ in
om̃i terra docturi erant dei sapiam: intelli
gi possent ab alijs: habuerũt subito om̃ia
idiomata: hebraicũ latinũ grecũ caldaici/
cũ. ⁊ sic de alijs. O q̃ vigorosa est hec opa
tio q̃ bonus spũssanctus ē magister q̃ bo
nus aīe doctor. nō em̃ opus est plica mora
vt doceat: sed q̃ primũ aliquid facere vult
iam factum est ⁊ cõpletũ. Recitãt historio
graphi Ualerius Oratius ⁊ alij principem
quēdã mitridatē noīe. xxij. nouisse idioma
ta: vt intelligibiliter sine medio capere pos
set: loqui ⁊ respõdere om̃ibꝫ subditis suis.
hoc aũt nõ fuit absq; maxima diligentia:
⁊ multũ tēpis ɔsumendo. Apl'i subito oīa
habuerũt idiomata p oīonē ⁊ diuinam in
spirationē. Et sicut in fundatione babilo
nice turris p gigantes vnũ idioma in plu/
ra fuit diuisum: ne vnus alter intelligeret
ita ediuerso hodie ad fundãdã turrim san
cte ecclesie omnia idiomata in apl'is fue/
rũt vnita: vt intelligerent ab om̃ibꝫ ⁊ oīno
vt in omnē terram exiret sonus ⁊c̃. hoc est
vnũ mirabiliũ spũssancti operũ q̃ sine mo
I ra docet ⁊ hec apparuit nõ solum in apl'is
verũ etiam in multis alijs q̃bꝫ apl'i man⁹
imponebant ⁊ recipiebãt pariter spm̃ san/
ctũ: vt om̃ia etiã hrent idiomata. Sic em̃
intelligit illud qđ nõdũ in quēq; illorũ ve/
nerat spũssanctus supple in dono lingua/
rũ. Modus iste docendi apparuit in Da/
niele puero puo: q̃ senes p suã iudicauit sa
pientiã. Dan. xiij. In amos simplici pasto
re qui factus fuit ppheta. Et q̃dã (cuius
meminit sanctus Aug⁹ libro de doctrina
christiana) q̃ loqui sciuit ⁊ intelligere lati/
nũ p sancti spũs inspirationē. Ideo bonũ
dat ɔsiliũ ⁊ sanũ. Sanctus Jacobꝫ apl's
Si q̃s indiget sapia postulet a dño q̃ dat
om̃ibꝫ affluenter. Et pfecto multũ rõnabi
le erat apl'os: q̃ instituere fundare ⁊ guber
nare sanctã debebant eccl'iam: sapiam pa/
riter [illegible] hrē. Sine em̃ ipa nõ magis gu
bernari põt corpus reipublice aut vita ha
beri ciuilis quã corp⁹ hũanũ sine aīa viue
re possit: que ipsum gubernat ⁊ viuificat.
Hanc postulauit Salomon ad bene po/
pulũ suũ gubernandũ: potius q̃ potentiã
aut diuitias ⁊ de seipso loquit. Per me (in
quit) reges regnãt ⁊ legũ ɔditores iusta de
cernũt. Ipa em̃ sapia gladius est omnē de
struens iniusticiam quã princeps in sua ha

bere debet societate: si tñ bene vult regere. K
Thirannus em̃ sapiam nõ curat: vt dicit
Aristo. q̃rto polit. imo optaret ⁊ vellet sub
ditos suos om̃s idiotas esse ⁊ ignorantes
q̃ qui male agit odit lucē. Per pdicta ap/
paret falsa cuiusdam heresis q̃ erat tpe san
cti Aug. dicentis diuinã sciam scripture
sancte (que plerũq; noīat theologia) impe
dire ad bene gubernandũ regnũ aliqđ aut
imperiũ: ɔtra quē potenter sanctus Aug.
argumentatus est. Certũ est em̃ scripturã
sanctam nihil pcipere: qđ sit ɔtra bonam
prudentiã ⁊ rõnē naturalē bene intellectã
L ex nãq; nature ⁊ sancte scripture lex ab
eodē principe exputa a deo sunt institute.
Si aũt leges alique aut ɔstitutiones pti/
culares terrenorũ principũ: illi legi nõ ɔcor
dant. falsi sunt abusus: nõ ɔstitutiones ve
luti si ppositus aliquis legē ɔderet: dñi sui
legi repugnantē. Cum autē sic sit q̃ iesus
xp̃s est sũmus rex regũ. Ipse est q̃ habz in
femore ⁊ in vestimento suo scriptũ: rex re/
gum ⁊ dñs dñantium. Necesse est om̃s ali
as leges cum hac ɔcordare: qđ facile fieri
nõ põt nisi cognoscat. Et est argumentũ
euidens sciam sancte scripture inter chri/
stianos necessariũ esse: ad bene rēpublicã
gubernandã. Hi aũt q̃ aliter faciũt aut fa
cto aut verbo: nõ boni sunt christiani: ⁊ se L
nõ ostendũt hre magnũ affectum ad bene
gubernandũ ſm deũ policiam cõem. Uti
nã deus vellet: vt dicit sctũs Aug⁹. vt hre
mus regnũ aliqđ aut cõitatem talis guber
naminis: sicut sancta pcipit ⁊ docet scptu/
ra. Et reuera res melius sese hrent q̃ se ha
bent ⁊ q̃ vnq̃ habuerũt se tpibꝫ idolatra/
rũ grecorũ ⁊ romanorũ: q̃ siue iure siue iniu
ria infestabant totũ orbem subiugabant:
aspere ⁊ admodũ inhũaniter debellabant
Contra illud pceptũ: dilige primũ tuũ sicut
teipm̃. Qui magnam thirannidē virtutē
dicebant: ⁊ grande latrociniũ imperium:
quēadmodũ pirata q̃dã: h̃ est raptor ma/
rinus Alexandro magno rñdit: cũ inter/
rogaret eũ: ob quã causam hos psequeret
q̃ mare nauigabant. Ob eã inquit causã:
ppter quã tu hos psequeris q̃ habitant in
terra: quia autē paruam ⁊ vnicam habeo
nauiculã: vocor pirata: at tu q̃ armigerorũ
habes multitudinē diceris impator. Et h̃
est: qđ dicit sctũs Aug⁹. recitando hãc hi
storiã. Semota iusticia q̃d sunt regna: ni
si latrocinia. Ad h̃ puerbiũ cõe dictũ fuit

Parui latrones suspendūt. nō aūt magni
subticeo alia vitia: auariciā: ambitionem:
⁊ luxuriā talē: q̄ noīari nō debet. quib⁹ ꝯta
minati erāt supdicti idolatre. Et si in deū
M credidissent nō in idola. Si sapiam habu
issent diuinā nō diabolicā. ⁊ ſm eā seipsos
rexissent: primos suos dilexissent sicut se-
ipsos: nō inferendo eis damnū. Non exhe
redirando: ⁊ iniuste occidendo ꝯtra sancte
scripture doctrinā. Qualis esset respubli-
ca si sapia gubernaret᷑ diuina? pfecto pul-
cherrima: decētissima ⁊ pacatissima. Prin
cipes eñ pcipue p cōi bono populi ditarē
tur: nec curarent vltra modū aurū ⁊ argen
tum cumulare: sed eis sufficeret hoīb⁹ da-
re: ⁊ quo ad deū remuneratiōe ppetua cō
tenti essent. Subsidia que capiunt᷑ sub ti-
tulo ꝯseruationis reipublice. nō expende-
rent᷑ in pompis ⁊ pdigis donis: aliisq̧ re-
bus paꝝ pficientib⁹. Armigeri stipendiis
suis ꝯtenti essent ſm doctrinā scti Johis
baptiste: nec quicq̄ spoliarent aut furarē
tur. Nec oporteret miseros hoīes q̄ maxi
mo labore pecuniā lucrant᷑: qua illi persol
uunt᷑: ⁊ panē quē manducāt coram eis ce-
lare ⁊ ab aspectu amouere: atq̧ sua bona
cū eos appropinquare pceperint ab eis
abscondere ⁊ occultare. veluti a latronib⁹
aut letalib⁹ inimicis. Satisfieret eñ recte
armigeris: ⁊ ipsi satisfacerēt debite. Nec tā
N copiosa famuloꝝ esset multitudo que ad
nihil pdest: nisi ad deuorādū ⁊ spoliandū:
numerū augendū: atq̧ domū aliquā dimi
nuendā depauperandā ⁊ expilandā. Pre-
positoꝝ balliuoꝝ alioꝝ q̄z officia: nō vēde
rent᷑ tanti: nec darent᷑ his q̄ plus offerūt:
nō satis enūerari possunt mala inde ema-
nantia. Clerici ⁊ ecclesiastici sctē ecclie nō
vēderent bñficia: introducerenturq̧ ad ve
ritatem pdicandā absq̧ adulatione. Nec
alie dignitates ⁊ plature ab ideotis ignorā
tib⁹ ⁊ talis qualē deus nouit vite: occupa
rent᷑ hoīb⁹. nec a pueris quib⁹ nec secu-
re pomū cōmitteret᷑ qn ipm manducarēt:
⁊ tamen eis subiiciunt᷑ ⁊ cōmittunt᷑ mille
aut decem millia hoīm. Et pfecto magno
pere culpant᷑ principes ⁊ dñi: diciẗq̧ hoc
esse ppter pces coꝝ importunas. Sed in-
sup si respublica gubernaret᷑ ſm sanctam
scripturā. Aut mutuo sumptiōes nō fierēt
aut bene his satisfieret: aut remediū adhi
beret᷑ de officiariis qui capiant. Nouit eñ
deus ⁊ etiā populus: quales fiant extor-
siones ⁊ damna atq̧ inhonorationes prīci
pib⁹: cū expense coꝝ ⁊ tributa nō debite p-
soluunt᷑. Demū qui gladio vteret᷑ sapiē: in
reipublice gubernatione: omnis ab eo de-
strueret᷑ iniusticia. phiberent᷑ ⁊ punirent᷑
oīa mala iuramenta: oēs inhonesti ho
mines: rapine oēs ⁊ rebelliones. San-
cta eñ scriptura oēs tales res phibet: si- O
cut facile esset ostendere si opus esset. Pro
pter qd̄ appet ipam nō repugnare bono gub
namini regni. queadmodū dicebat falsus
supdictus hereticus. Nam alias deus nō
precepisset in veteri lege pncipes scire ⁊ in
telligere dei legem: sicut expresse precepit:
Deut. xvii. ⁊ satis innuit iosue pmo. Sic
mō cū pnceps scire debet aut p se: aut ad
minus p suos: si bene gubernare velit: re-
cte iudicare ⁊ iustos ꝯdere leges. Quo aūt
ad platos sancte ecclesie: certum est q̄ ipsi
met dei legem scire tenent᷑ docere ⁊ defen
dere. Nec sufficit alios p eis scire. Nisi q̄s
dicere puerū nouiter natum licite platum
esse posse: dūmodo alius suū exerceret offi
cium: ⁊ dicere vellet quispiam eos nō tene
re apostoloꝝ locum nec eos insequi obli-
gari. Qd̄ minime veꝝ ē. q2 apl'i ⁊ discipli: q2
astricti erāt: bene gubernare ecclesiam do
cere ⁊ defendere: gladiū hodie receperunt
vere sapientie. Et sic vigorosam habuerūt
ꝯfortationē: cuius meminit thema nostrū
in psona iesu christi dicēs. Accipietis vir-
tutem superuenientis spūssancti in vos. Et
sic secūda ps nostri thematis terminata ē:
accedo ad tertiam. Dico deinde vigorosā
ꝯfortationem apl'is ꝯcessam fuisse: nō so-
lum (vt dictum est) p receptionē scuti fir-
me fidei: ⁊ gladii vere sapientie: quib⁹ vir-
tuosā habuerūt ꝯfortationē. Sed prete-
rea p hoc q̄ spūssanctus armauit eos oīi P
no quasi vnius alligationis ⁊ ꝯfederatio
nis. hoc est (vt clare dicat᷑) eos ad inuicē
vniuit. quo dei aduersariis resisterent con
stantius: quia frater qui adiuuat᷑ a fratre
quasi ciuitas firma hoc dictū est: q̄ frater
qui adiuuat᷑ ⁊ ꝯfortat᷑ a fratre suo: aut ami
cus ab amico suo: ē fortissimus ⁊ inuinci-
bil: ⁊ quasi turris fortissima que a nullis
capi possit. Recitāt romanoꝝ historie: spe
cialiter valerius libro. quarto caplo scdo.
duos validos ⁊ nobiles romanos videli-
cet M. emiliū ⁊ luciū flaccū maximā ad
inuicē habuisse dissensionē. comp̄mū de-
cti sunt vt simul essent iudices pacem pe-

pigerunt: vt officium eoꝝ melius exeque/
rent̄ ꝛ exercerēt. Simile recitat de duob
alijs sexto liuio scꝫ ꝛ claudio neroni cum
iuncti essent contra hanibalem ducem car/
thaginensem ne particulari odio turbarēt
ꝛ vastarent negocium. ad quod auctorita/
te ꝛ monitione romani senatus missi fue/
rant cōcordiam inierūt. Simili modo vo
luit spiritussanctus ꝙ milites iesu christi
vniti essent ad mundū trahendum ad chri
sti legem. Si enī diuisi fuissent facillime
victi fuissent nec pfecissent. Ratio huius
Nā hi qui se mutuo odio habent: aut con
tra seinuicem bellant: maiorem habent oc
casionem vnus alteri nocendi: ꝛ se mutuo
destruēdi quā compellendi id ad quod or/
dinati sunt. Hinc egregie dicit Salusti⁹.
D ꝛ ab Augustino repetitur. Concordia p/
ue res crescūt. Discordia maxime dilabūt̄
Rōnabilr̄ igit̄ spūssctūs hodie suos arma
uit milites ꝛ electos pace ꝛ alligatione. O
nobilissime ꝛ excellentissime pnceps te pn
cipalr̄ respicit hec doctrina: intueri potes
xpianitatis aduersarios indies magis ma
gisqꝫ multiplicari: qui post tempora quat/
tuor doctoꝝ sancte ecclesie. obtinuerunt
plures ꝙ̄ sex aut octo partes christianita
tis ppter peccata nostra: ꝛ damnabilē ne/
gligentiam prelatoꝝ atqꝫ pncipum. Ne/
cesse ergo est vt partiū id christianorū qđ
reliquū est pacem adinuicem habeat ꝛ cō
federationem. altoquin absqꝫ dubio chri/
stiani in via sunt perditionis ꝛ destructio/
nis p diuisionem: qui vnione denuo mul/
rum extirpare. ideo dedit omni creature hu/
mane expressum preceptum ad credendum aliquas
res: alias quidem ab illis que sentiri & die quali/
ber percipi possunt per corporeos sensus: sic fa/
ciunt bestie: vt credendo omnes homines deum suum
cognoscerent iudicarentque eum omnia potentem: omnia
cognoscentem & omnia gubernantem ad puram suam &
liberam voluntatem absque limitatione aut condi
tione quacunque. Et illa est causa propter quam
deus misericors dominus memoriam fecit & recor
dationem mirabilium suorum: hanc dando escam
vt humanus intellectus subiectus esset ad
credendum de eo quod est omnipotens & potest omnia
facere multo plura quam creatura humana in/
telligere possit: & omnino aliter quam esset secundum communem
nature cursum. Reuera paruus nimium & impo
tens foret deus noster: si nihil aliud facere posset
preter illa que tu assuetus es videre bestiarum mo/
re. aut si sapientia taliter esset numerata vt nihil
facere posset nisi quod ingenium tuum stultum &
obscurum comprehendere posset: aut quod eum
amaret voluntas tua pre omnibus aliis creaturis
nisi gratiam suam specialem cognosceres ac
beniuolentiam suam & eius de te & ad te proui/
dentiam singularibus modis: alio modo quam
ad bestias? Cognoscere ergo potes: quare deus

memoriā fecerit mirabiliū suoꝝ in sancto
isto sacramento. Est eñ vt intellectus tu⁹
se illi subdat: ꝑ oīpotentie sue cognitionē:
A ⁊ imense sue sapie: atq̃ volūtas tua ꝓrsus
dedita sit ad illi obediendū: amandū: cha
rū habendū grāsq̃ agendū: cū talem adeo
q̃ specialē curā tui habeat gubernamini
ꝑ singularē beniuolentiā. Nō ideo hic au
diri debet illegitima infidelitas ingratitu
dinis plena que iniurijs afficiat dei poten
tiā. De sapīa ⁊ beniuolentia murmurat ac
diffidit. dicendo. Quō poss; iesus dare ⁊c̄.
Bono q̄dē iure deus pōt vult ⁊ scit. Sic
facere pōt: ⁊ si nō esset nisi ad ꝯfundendā
stultam humani cordis ꝓsumptionē: ⁊ dā
nande sue infidelitatis qd̄ omino sibi sub
di nō vult. Sic loquebat̄ christiana theo
logia bona religiosa cū infidelitas nō diu
tius ꝯtinere potuit: q̄n alta voce diceret:
q̄ diu impatiēter valde in corde: ⁊ modis
inter dentes suos rodēdo murmurauerat
Et adducebat multas rōnes friuolas di
cens: deū sic facere nō posse s̄m potentiā
suā sapiam ⁊ beniuolentiā q̄ panis muta
ret̄ in carnē q̄ res tam magna sub tā ꝑua
re ꝯtineret̄: ⁊ qd̄ vnū idemq̃ corpus in tot
esset locis. Insuꝑ q̄ panis ꝯsecratus nullā
a nō ꝯsecrato habet differentiā q̄n corru
ptioni subiectus sit. ⁊ tñ de⁹ imortalis est
Demū nō videre beniuolentia: cū vt dicit̄
mali efficiant̄ peiores. Et boni quo pacto
meliores efficerent̄ quo ad animā ꝑ corpa
lem escam que aīam illam nō intrat. Qua
ꝓpter mirandū nō est: ait infidelitas: si q̄
ram quō? Est ne idolatria hoc? Quō pōt
iesus dare ⁊c̄. Sed ad oīa hec argumen
ta ⁊ similia non fuit dignata respondere
theologia. imo dixit obstinatam infideli
tatem dignam nō esse q̄ talia coram ea de
clararent̄ mysteria nec coram adherentib⁹
sibi iudeis vt falsis christianis. Hoc esset
ponere margaritas ad porcoꝝ pedes: ⁊ sā
ctū dare canib⁹. Dixit insuꝑ nūq̄ mysteriū
hoc intelligi posse plene sine fidei lumine
nisi credideritis nō intelligetis. Nota de
pytagora. Scholasticus ꝓusq̄ addiscere
possit quicq̄: necesse est vt id credat qd̄ ꝓ
ceptor suus illi dicit. Postremo theologia
infidelitatē misit ad scholas: nō q̄dem id
quascūq̃: sed scholas suas. theologie ap
probatissimos ⁊ electos legēdo doctores.
sed īfidelitas ire nō dignabat̄: nec quicq̄
ꝓficere hereticis suis: iudeis ⁊ alijs incre
dul'. Redij ad memetipm̄ ⁊ ꝑ auxiliū vere
fidei suiq̃ lūinis theologie scholas intra
ui: ibiq̃ intellexi. Quō rn̄dendū esset infi
delitatisq̃ soluende rōnes. Si aūt aliqui
q̄ in his scholis minime fuerūt omino has
ꝑdictas solutiones intelligere ⁊ ꝯphende B
re vellēt: nō admodū mag̃ foret humilitas
vt videt̄. Unusq̄sq̃ suū curare debet offi
ciū: nō est scia vsq̃ adeo ꝑua q̄ ꝑfecte sci
ri possit absq̃ studio diligenti ⁊ longo: et
mediantib⁹ bonis ꝓceptorib⁹. imo nec mu
rus fieri posset ex plastro q̄ malis est mul
tū sine longo vsu. nec posset aliquis bñ ci
bū aliquē ꝑparare aut calceos facere: aut
seras fabricare aut horologiū aut scire ve
nandi artem aut aucupandi. Multo mi
nus ꝓsumere debet hō simplex quod possit
ad ꝓmū verbum altissimā ⁊ dignissimam
oīm sciaꝝ adipisci q̄ ingeniū requirit sub
tilius eleuatū magis ⁊ minus impeditū
ab oīb⁹ alijs terrenis curis. Si cleric⁹
mechanicoꝝ discernere vellet artificia
mox illi dicerent: q̄ntūcūq̃ parū scirent.
Curā geras libroꝝ tuoꝝ. Si tñ aliq̄ ali
q̄ theologi velint audire loqui de sublimi
huius sacramenti mysterio ꝓ eoꝝ ꝯsolatio
ne hūiliter deuote ⁊ sobrie. nō aūt ꝑ supbi
am ꝓsumptionē ⁊ ꝑ curiositatē dicēdo nisi
se credituros nisi intelligant. Dici pōt re
cte. de hoc recitat̄ ad laudē sancti Ludoui
ci (si bene memini) q̄ miraculū q̄ddā tpe
suo factū fuit in sancti sacramēti approba
tionē sicut sepius fuit tpe nostro etiā. Di
xerūt familiares sancto Ludouico vt iret
visū ꝑdictū miraculū. Quare itē rn̄dit
sanctus rex: bene credo sacrm̄ absq̃ hoc
vt nouū videā miraculū. Reuera fuit hic
rn̄sio boni ⁊ firmi christiani: q̄ deo absq̃
vadio aut pignore vllo credebat. Uadia
fidei sunt miracl'a ⁊ rōnes. Pari mō debet
vnaqueq̃ ꝑsona christiana credere in deū
⁊ opa eius: nō imorando solūmodo rōni.
Alioq̄n eñ talis ꝑsona nō potius crederet
in deū q̄ in quēcūq̃ hoīem mūdi. nullus
est hō tā infime ꝯditionis: cui nō crederes
si dicti sui bonā adduceret rōnem. ⁊ clare
ad oīs responderet obiectiōes. Quātus
si in fide christiana ⁊ in hoc sacro vadia q̄
ras ⁊ testimonia ad credendū: mille habe
as ⁊ mille ꝑsonas sanctissime vite: ⁊ scien
tie altissime: que hanc testate sint veritatē
ad mortē vsq̃ sustinendā ⁊ ꝑ mille ⁊ mille
miracula. Ipse etiam berengarius q̄ hui⁹

sacramēti veritatem impugnabat: post cō
fessionem suam: cum venisset ad mortem:
C dixit in die apparitionis. Hodie deus me
us apparebit mihi: aut ad meam saluatio
nem: quēadmodū spero: ꝓpter meam peni
tentiam: aut ad meam damnationē: quem
admodū timeo propter illos quos auerti
ad malam viam: ⁊ emendare nequiui. Iu
dicate hic: quantū malū sit esse causa pec/
cati alterius: ⁊ ꝓsumtuose loqui sine men
sura contra fidem: ⁊ veluti ipsa ꝓrsus no/
ua esset: vt faciūt nōnulli: qui seipsos sapi
entes reputant in omnibꝫ scientijs: ꝓpter
diuinas eoꝝ aut eoꝝ statum aut vulpinā
⁊ malam in terrenis rebꝫ subtilitate volūt
vnicuiqꝫ verbo suo ꝺ quacūqꝫ loquaꝛ̃ scia
ab vniuersis omnino hoc modo assentiri.
Dñs meus bene dicit. Ius habet. Tunc
tales querūt nō humiliter sed arroganter
Quō posset iesus ⁊c̄. Reuertor ad infideli
tatis argumenta ⁊ ostensurus sum humi/
libꝫ: ꝙ iudei ex vna parte ⁊ generaliter oēs
rationales hoīes talia ꝑcipere possunt mi
rabilia: vel adeo magna in mūdi guberna
tione. Si mirabilia hec nō essent tam cō/
munia que tn̄ nō ꝑfectius intelligi possūt
ꝙ̄ sancti sacramenti altaris mysteriū. in ꝗ
deus memoriā fecit mirabiliū suoꝝ dan/
do escam illam timentibꝫ se. Si miraris
quo pacto panis transsubstantieꝛ̃ in verū
iesu christi corpus. Considera quō panis
materialis ⁊ vinū conuertiꝛ̃ in stomacho
tuo. ꝑtim in carnē: ꝑtim in sanguinem: ⁊ ꝑ
tim in ossa: ꝑtim in neruos: ꝑtim in medul
lis: ꝑtim in crines: partim in vngues. Quō
petre durissime ꝯuertunꝛ̃ etiam in ventre
columbaꝝ. ⁊ ferrū in aīali quodā. ⁊ cinis
mutaꝛ̃ in vitrū. ouū in pauonē. ꝑua glans
in tam magnā quercū. mille ⁊ mille tales
sunt mutationes: de quibꝫ non scitur alia
ratio nisi qꝺ videnꝛ̃ ad oculum. Quare er
go dñs noster facere nō potest aliqua que
nō possumus nos ꝑcipere? Sed etiam iu
dei credūt ⁊ ꝯfitenꝛ̃ mutationes valde mi/
rabiles factas fuisse ꝑ ꝓphetaꝝ antiquoꝝ
ꝟba: vt de virga moysis in serpentē: aque
in sanguinem: pulueris in muscas. virga/
rū ꝑrsu[illegible] siccaꝝ in virides. mulieris Loth
in petrā aut statuā salis. Mille modis eti/
am concedūt mutationē ꝓmi cursus natu
re: quēadmodum mare se diuisisse. Iorda
nē se ꝯuertisse: mortuos fuisse resuscitatos
solem stetisse. Pagani etiam credūt iuxta
fabulam diomedis socios in aues fuisse
conuersos. Socij vero vlyssis diuerse fa/ D
cti sunt bestie per mulierem quandam in/
cantatricem cyrce dictam. Et ꝑhus ꝗdā
apuleius dictus: de seipō affirmat se in asi
nū fuisse conuersum: ⁊ fecit librū quēdā
de mirabilibus que tu cognoscere nō po
tes. Sic in omnibꝫ scientijs sunt excellen
tes magistri. Si puer aliquis in nullo cre
dere vellet patri matri aut preceptori: nisi
dareꝛ̃ causa ⁊ ratio: quas ipse intelligeret
irrideret aut verberibus afficereꝛ̃. Qualis
autē est scia nostra quecūqꝫ quo ad diuinā
scientiam? Sed dicis te videre nō posse:
quō tam magnū corpus sub adeo parua
hostia esse possit. Doce me. quō omnes fi/
gure ⁊ imagines que erūt sunt vel esse po
terūt: sunt plene scripte aut figurate in mi
nima re corporea ꝙ̄ sit vt in vno corilo aut
grano frumenti. Exemplū sol est sine com
paratione maior oculo tuo. attamen ocu/
lus tuus de eius iudicat quātitate. ⁊ intel
lectus tuus recipit vniuersum mūdum in
tra se ꝑ cognitionem. Si dicas nō esse si/
mile: quia sol nō est in oculo tuo per suam
quantitatem: nec etiam mūdus in intelle/
ctu tuo Dico tibi ꝙ corpus domini nostri
ꝙ̄uis vere sit in sancto sacramento alta/
ris: nō tamen sic est. vt vinū est inclusum
⁊ mensuratū ꝺm vas suū. aut aqua in vna
olla. aut sicut ego sum in tunica mea ⁊ hoc
est qꝺ fallit complures: quia opinanꝛ̃ cor/
pus dñi nostri mensuratū esse ꝺm hostie
partes: ⁊ pedes esse ad vnam partem. cor/
pus vero ad aliam. Corpus iesu christi est
vndiqꝫ in hostia ꝑsonaliter. Scis ⁊ crede
re debes: ꝙ deus scit ⁊ potest inuenire mo
dum ponendi corpus ad locum aliquem:
ꝑ alium modū habitudinē ⁊ ordinē ꝙ̄ tu
cōmuniter percipias. Et breuiter corpus
dñi nostri est in sacramēto: quia sic panis
cōuersus est in corpus suū qꝺ in celo est.
qꝺ si corpus dñi nostri nō esset ꝑus: fieret
de nouo: ꝑ exemplū solis respectu luminis
qꝺ ꝑus factum fuisset a deo solo. deinde a
deo ⁊ sole. Ad tertium: ⁊ per hanc rationē
⁊ mutationē est in vnaquaqꝫ parte hostie
totū corpus dñi nostri. sicut anima est to/
ta in capite ⁊ tota in pedibus. sicut imago
tua tota est in mille speculi partibus: licet
simul eam nō videas nisi in vno loco: nisi
speculum ipm̄ disrumpatur in celesti arcu E
sunt in vnaquaqꝫ parte eius quantūcūqꝫ

parua omnes colores qui apparent. Nec etiam hoc incredibile est q̄d vnuz corpus sit in tot locis. Miraculum habemus de sancto Ambrosio: qui simul fuit mediolani ꝛ turonis. Et de alijs pariter. Deus a nouo in hoc loco creare potest corpus nouū. quare ipsum ponere nō posset cum est alibi. Ad quartū me conuerto: ad respondendū huic quod dicit incredulitas: non esse sapientiam credere vnam ptem panis manentē alteri similē in deum mutari: aut in corpus suū: ꝛ q̄d corrumpi possit talis pars panis. Teneo ꝛ respondeo: q̄d oīs he mutationes quas vides: solum sunt ad extra in accidentibus. ꝛ si alique generentur substātie vt vermes: aut sicut nutrimētum in corpore tuo: hoc est p aliquā materiam que est iuxta: aut que est de nouo formata. Si etiam respiceremus diuersitatē hostie ꝯsecrate ad nō consecratam qualis virtus aut laus esset illud credere q̄d nos videmus. Adijcio huic corpus dn̄i nostri maculari aut detur pari nō posse: in quocūqꝫ fuerit loco positum nō plus q̄ lumē solare: aut aliam rem spiritualem: sicut anima suam nō amittit puritatem per corporales immundicias. Non debes igitur hic habere horrorem aut abominationē: aut cogitare hic quācūqꝫ rem inhonestaz. Ratio corrigere debet corporis iudiciuz. Uidetis solem ab oculo duoꝝ pedum dūtaxat iudicari baculus ptim in aqua: ꝛ ptim in aere fractus apparet. Unica faba sub digitis supra seinuicē positis apparet due ꝛ sic de mille illusiōibus quas corrigit ratio. Ratio autē dirigi debet p sūme veritatis lumē. Pariformiter dico in hoc sacramento sancto. hi bestie sunt calciate q̄ nil volunt credere nisi q̄d corpore sentiunt. Ad quintū. Demū querit infidelitas: qualiter sacramentū hoc prodest bonis: nocet autē malis? Questio hec admodum exigua est. Nōne videmus idem vinum pdesse alicui homini sano ꝛ nocere huic q̄ fortes habet febres? sic de cibo aliquo. Sicut ignis corporeus tormentis afficit animā. Et generaliter omnis res p q̄ꝫ sensus actionē suā faceret in anima mediante corpore. Ad sextum. Quare non est idola
F tria? Quia adoratur deus solum. Scio argumenta multiplicari posse. Uerum etiaz darent̄ solutiōes. Nos aūt hic nō sumus ad curiose disputandū aut in scholis legēdum. sed ad humiliter credendū sanctum hoc mysterium ꝛ reuerenter amandum vt nō similes simus iudeis infidelibus qui litigabant ad inuicem dicētibus. Quō dare potest escam timentibus se? ꝛc. Reuera bene poterit s̄m potentiam suam sapientiam ꝛ beniuolentiam. Omittam ergo oēm hanc disputationem: ꝛ cōuertam meipm in exhortationem bonāqꝫ monitionē facundam: ꝛ dandam escam timentibꝫ eum Pulchra aīa: christiana anima: pulcher o deuote populus christiane. quod est cor quod cogitare possꝫ: que est lingua que recitare sciret dulcissimā ꝛ inestimabilē dn̄i nostri bonitatem: Ueri nostri patris: veri creatoris? Nihil eramus ipse nos fec. vnanimiter cibo indigebamus: ꝛ esca nō solū quo ad corp9. sed multo plus quo ad animā. Ministrauit nobis ꝛ dimisit p̄ciosuz corpus suum in escam: ꝛ sanguinem suuz in potum. Non quidem in ppria figura visibiliter (quoniā nihil hoc pfecisset. Caro enī nō prodest quicq̄) ſ3 inuisibiliter ꝛ spiritualiter. sicut aīa inuisibilis est ꝛ imortalis. sic debet esse esca sua spiritual'. Que esca? Amor dilectio fides spes ꝛ alie virtutes. Quis dat hanc escā? Dn̄s noster p digni sui sacramenti mysterium. pulchra anima/anima christianā. anima mea: si cōtra tentationes debilis es? Ita veni huc ad fontem oīnis potentie. Figura de Helia. Si stulta es ꝛ inualida ad inimici tentationes euadendas. Accede ad totius sapientie lumen. Figura de Jonathan: fractione panis. Si dura es ꝛ ad benefaciēdum frigida. immitte te fornaci totius amoris ꝛ beniuolentie. Quia hic pprie ꝛ veraciter est q̄ scit oīa: ꝛ pōt oīa: inflāmat oīa ꝛ comburit omnia amoris igni. Nonne cor nostrum ardens erat ꝛc: quando loquebatur nobis. Et illud: deus noster ignis consumens est. Qui alijs dominat̄: sumere h G
debet exemplum ꝛ speculum doctrine imitandi sūmū suum dominū. hoc est/quod sit talis in subiectos suos/qualem vult deum esse sibi: ꝛ qualis de facto sibi est. Habeatis potentiam sapientiam ꝛ beniuolentiam. habeatis sapientiaz: nō quidē ad ipsos destruendos: sed defendendos iure ꝛ iusticia: siue sit contra extraneos inimicos: siue quod p[illegible] est contra ipsos principes. Habete sapientiam ꝛ prudentiam: nō verborum solūmodo: nō sciendo

ipsos grauare ⁊ deplumare: ⁊ ipsoꝝ bona tirānaliter attrahere. sed eos bene sciendo in pace ordinare in debita libertate: ne quis exheredetur ⁊ iniuste perdat. Habete beniuolentiam ad eos benigne ⁊ humaniter amandos ⁊ tractandos per misericordiā ⁊ clementiam. Sed modo omitto dñoꝝ gubernamen. Satis eis dicitur ⁊ satis sciunt: sed in ipso facto est magisterium ⁊ in ipsis ⁊ in alijs: hec est infirmitas nimium cōmunis ⁊ mihi ⁊ hūano generi. Redeo ad sancti sacramenti materiā: ⁊ dico christianam animā frigidam esse ⁊ congelatā: que mollis nō fit in p̄sentiarū ex tam magno igne dilectionis. Nimis gustum amisit: qui hunc nō percipit saporē: nimis est opilatus qui hunc nō odorat odorem nimiū est mortuus qui nō resumit vitam et vigorem. Pulcherrima anima: anima christiana: si pulchritudo aut dulcor reꝝ corporalium (que soluz sunt vmbre respectu pulchritudinis ⁊ dulcoris diuini) te vsq; adeo trahunt: ⁊ per talem voluntatem ad eas amādas ⁊ p̄sequendas. interdum etiam vsq; ad graues infirmitates aut vsq; ad hoc vt aliquis stultus efficiatur ⁊ furiosus (sicut apparet in stulto amore viri ⁊ mulieris) Quid tibi impedimento est vt nō mutteris ad p̄sentiam huius pulchritu-
H dinis ⁊ dulcoris summi ac diuini: Tu capis talem voluptatem in preciosis lapidibus propter eorum virtutem. Non est virtus similis huic. Et si dicas te res spirituales videre non posse in sacramento sancto vt vides res corporales ad extra: sed debes ⁊ potes videre spiritualiter per veram fidem ⁊ sentire tactu per deuotionem Hic igitur est principalis defectus fidei vere bene vnite ⁊ actualis ac deuotionis ꝑpter quem defectum non funditus percipis sancti huius sacramenti dignitatem nec amorem ⁊ charitatem huius qui ibi continetur: quam tibi cum pro te mori voluit demonstrauit. Mori quidē tam ignominiose ac cum magna angustia: non cogites mirabilia sua. Alius defectus est: q̄ tu accedis ex amore ꝑsus mortuo per peccatum mortale. quid mirum si nil boni ꝑcipias seu sentias? Quid mirum si peior hinc euadas? Sed queres quam securitatem hr̄e possis qui te dignuz esse ostendat q̄ digne hoc recipias sacramentū: postq̄ oportet hominē esse in gratia. nec tamen scitur quando quis sit in gratia constitutus? pulchra soror anima mea: sufficit te penitentem esse ⁊ confessam de omnibus peccatis tuis: cum bono proposito non recidiuandi deo auxiliante. Et si hoc habeas tu scire potes te dignam esse: non quidem certitudinaliter quin falli possis: sed certitudine tali que ad hanc sufficit materiam ⁊ sine hoc q̄ facias nouū peccatum recipiendo hoc sacramentū. Fingamus etiam protunc te in peccato esse: te ignorante.

¶ Et tamen si sic sit q̄ sis in peccato aut in ꝑposito peccandi: specialiter peccatis īmundis ⁊ abominabilibus. magis inhonoras hoc sacramentum: q̄ͣ si ipsum in lutum ꝓijceres. Rursum enim crucifigis dominū nostrum inquantū in te est. Assimilaris iude qui prodidit dominū suum osculando. venis ad nuptias non habens vestem nuptialem. ideo deijcieris ligatis I
pedibus ⁊ manibus in horribilez inferni carcerem. Te enim presentas effrontez coram corporali facie tam magni principis tam magneq; maiestatis: tu qui es ꝑditor ⁊ osor persecutorq; eius: nec tamen verecundia afficeris nec timore. Alij dicendo missas: cum hoc q̄ͦ sunt male interius ordinati: irreuerentissime ad extra se habent in gestu ⁊ modo. Mirum est dignationez ⁊ patientiam in deo tam magnam esse: q̄ͦ nō subito confundat: aut per seipsum aut per angelos suos eos qui sciēter indigne recipiunt ad maximam eorum damnationem et perditionem sepius in hoc mundo nec tamen penitentiam agunt quod graue est ad finalem eorum damnationem. fiat mensa eorum deserta. ¶ Dices fortassis tanta bona ⁊ ꝓsperitates accidere huic qui quotidie indigne recipit: sicut illi qui cum magna recipit deuotione. Te rogo: quid bona voces ⁊ prosperitates. Si loquaris de bonis transitorijs ⁊ defectibilibus: bene esse potest in aliquibus qui recipiunt hic premiū eoꝝ: sed hoc est ad grande eorum maluz: ⁊ per iram dei. nimis enī care post hac hoc sunt empturi. Non est ergo hic predicandum: q̄ bona temporalia aut infirmitatū defectus accedant his qui sepius missas audiunt: aut sepenumero dominicū corpus recipiunt. Credulitates ille stolide sunt ⁊ superstitiose: atq;

contra bonam ac sanam doctrinam. Hoc
esset interdum ad magnum malum aut ad
hominis amissionem: cui deus talia mitte
ret bona: quia pessime illis vteretur. Quē
admodum sacramentū spirituale est. sic ꝑ
spiritualibus ordinatum est bonis: nō au
tem ꝑncipaliter pro temporalibus que ꝑ
sunt ad spiritualia seruanda ⁊ acquirenda
Et reuera sic est: ꝙ bona hec spūalia dan
tur ⁊ multiplicantur per hoc sacramentuꝫ
R digne frequentatū. Que bona? Gaudium
animi spirituale: sobria leticia: ꝯtinue cuꝫ
timore sancto sufficientia sine ardenti cu
piditate/patientia/benignitas: pax consci
entie. Non est gaudiū simile huic. Insup
venit desiderium rerum spiritualium ⁊ ce
lestium: ⁊ certa spes illuc perueniendi. Ex
pectare mortem secure ⁊ leuiter ⁊ in breui
fit in homine talis mutatio per sanctuꝫ hoc
sacramentū. Quia in figura et homine ad
extra homo est factus deus intra deū. In
tellige sane per imitationem ⁊ participati
onem: nō autem per naturaꝫ. Hic ergo est
panis qui fortificat cor hoīs contra oēm
aduersitatem. Est vinū qđ letificat in omī
necessitate. Panis cor hominis confirmet
⁊ vinū letificet cor hominis. Est māna ce
leste quod nos in horribili huius mundi
deserto sustētat: ad terram vsqꝫ ꝓmissionis
omnē habens dulcedinem ⁊ saporem. Et
sapor ille ostenditur interdum ad extra: ele
uando corpus a terra duobus aut tribus
pedibus: aut cognoscendo certitudinali
ter in quo positum est hoc ꝓciosum corpꝰ
quantūcūqꝫ fuerit in secreto loco. Fm qđ
recitat Guillermus episcopus Parisien
sis. Est hic panis vite ꝗ comedi debet ad
similitudinē agni pascalis: quia significat
nostram peregrinationem ⁊ transituꝫ. Est
panis qui edi debet supra mensam sobrie
tatis supra gausape album puritatis ma
nibus per innocentiam lotis. aut per bo
nam penitentiam in voce exultationis et
confessionis. Est panis angeloꝝ qui factꝰ
fuit ⁊ formatus in ꝓcioso ventre virginis
gloriose: ⁊ decoctus in fornace ardenti di
lectionis in arbore crucis. Qui manduca
ri debet cum baculo spei. cum boni exem
plo calefactorio: cum acetosis lachrymis
bone penitentie: velociter recordādo finē
nostrum: In vna domo per vnitatem inte
gre: per veram credulitatē Tostum ꝑ ignē
charitatis. Et in fine tenetur quilibet di
cere. dñe adiuua incredulitatem meā: cre
do firmiter possent hic tres moueri questi
ones. de quibus ob temporis angustiam
supersedere decreui. ¶ Prima questio. An
semper peccet persona que sacramentum
hoc recipit in peccato mortali? Respōsio
aut diligentiam suam agit ⁊ facit aut non:
aut habet conscientiam vel non. ¶ Item
nota etiā qualis requirat᷑ certitudo. ¶ Se
cunda questio. An tantūdem valeat vna
missa sicut due? ¶ Tertia questio. An tan
tū valet missam audire a malo sicut a bo
no? Demū est panis qui ducit sanctā aīaꝫ
ad exemplū Helie vsqꝫ ad montem dei: et
montem paradisi. Ad queꝫ nos perducat
hic per gratiam ⁊ alibi per gloriam Iesus
benedictus saluator noster Amen.

Sermo dñi cancellarij de conce
ptione virginis Marie: in ecclīa san
cti Germani habitꝰ Anno dñi Mil
lesimo quadringentesimo ꝑmo.

Tota pulcra es
amica mea. Canticoꝝ. iiij. ca.
Si digne atqꝫ fructuose loqui
audire volumus: de ea que per verba ꝓpo
sita. Pulchra dei amica est appellata. Ne
cesse est vt a corde nostro: eiciamus horrē
dum turpe ⁊ odiosum peccatū mortale: ꝑ
perfectam penitentiam ⁊ cōtritionem: vt
anima nostra purificetur ⁊ pulchra effici
atur: sitqꝫ digna vt sit dī amica ⁊ laus sua
delecrabiliter audiatur. Quia non est spe
ciosa laus in ore peccatoris. Ecclesiasti.
xv. Et Augꝰ. super ps̄. Uis vt deo iocūda
sit laudatio. Noli bone cantilene tue: ob
strepe moribus malis. Quis datillam pu
ritatem: amorem illum ⁊ pulchritudinem
donuꝫ gratie: quod noīe alio charitas ap
pellatur: cuius quidaꝫ doni: tota pulchra
(de qua dicturi sumus) est thesauraria.
Ideo ab ea ip̄m petemus donū: eamqꝫ sa
lutabimus dicentes. Aue maria.
¶ Tota pulchra es amica ⁊c̄. Paulo an
te recreabar: per delectabilem ⁊ fructiferū
sancte scripture hortum: vt obliuiscere mi
seriaꝝ curarū ⁊ solicitudinū mundi ꝑsent᷑

⁊ expellerem stultam ociositatem audien-
do laudes sanctorum ⁊ sanctarum/ vt eo-
rum exemplo/allocutione/ ⁊ doctrina bo-
na facilius transigere possem breuissimā
et periculosissimā mortalis mundi pere-
grinationem. Secundū enim sapientem
sancta ⁊ diuina scriptura/aufert tedium
a persona que se illi dedicat siue applicat
Sapiētie octauo. Erit ipsa allocutio co-
gitationis ⁊ tediū mei: habebo ꝓpter hanc
claritatem ad turbas ⁊ honorē apud senio
res. ⁊ docet verū psalteriū perpetue felicita
tis. doctrix est discipline dei. Ibidē insup
volebam specialiter inuenire ⁊ habere the-
ma conuenientius ad dicendū magis pro
prie de presenti solēnitate ad laudem virgi
M nis mundissime ac purissime ad nostram q̄
ꝗ instructionē. Et cum delectarer inspice-
re deliciosum ⁊ celestē campum floridumꝗ
hortū diuine scripture plantatū auctum ⁊
ordinatū propria manu spiritussancti. ⁊ de
vno loco ad alterū per studiū atꝗ medita-
tionem delectabilē me transferrē. Accidit
vt descenderē in partē quandā huius hor-
ti delectabiliorē ⁊ floridum magis: qui no
minatur Cantica. vbi audiui sapientē Sa
lomonē. qui in persona veri dei amoris io
cundum cantabat canticū de suis amatri-
cibus: sicut esset canticū noui sponsi ⁊ spō-
se. Inde appellatus est liber ille epitalami-
um sponsi ⁊ sponse. Illuc intraui ⁊ bene re
cordor verborū que cantabat ille idem ve-
rus deus amoris. Benedictus filius dei:
de noua sua sponsa ⁊ amica que hodie con
cepta fuit: spōsa mea/soror mea amica mea
ornata es omni pulchritudine. Tota pul-
chra es amica mea. Tunc admodum leta-
tus sum. nec videbatur mihi ꝙ conuenien
tius thema habere possem vt laudarē puri
tatem excellentiā ⁊ pulchritudinē illi' glo-
riose domine. Vidi eni̅ i illis verbis i cam-
po illo verum deū amoris qui mentiri non
potest: vocare ⁊ appellare benedictā hanc
virginem que hodie sancta concepta fuit:
omni pulchritudine ornatā. Tota pulcra
es ⁊c̄. Nominatur insup domina singula-
riter amata Tota pulchra (inquit) es ami-
ca mea. Et vnum satis sequitur ad alterū.
Nō enim digna est aliqua mulier esse ami-
ca tam excellentis imperatoris nisi sit tota
pulchra. Ideo psalmista. ps. xliiij. Et con
cupiscet inquit rex decorem tuum. Ideo lo
quendo de rebus diuinis ad similitudinē

humanarum rerū/quemadmodū prophe-
te sepius fecerunt in scripturis eorum. ⁊ ex
emplo Boecij. Alani. aliorumꝗ poetarū
catholicorū sumere possum talem figurā ⁊ N
poeticam imaginationē ad delectabilius
explicandā conceptionis huius veritatē.
Et que fundata est sup eo quod dicit Boe
cius libro ꝺ consolatōe. iiij. prosa sexta. Vi-
ri sacri corpus virtutes edificauerunt: dic̄
Boecius. ꝙ virtutes fecerunt atꝗ forma-
runt corpus ⁊ animā persone sancte. Nec
volo me onerare allegationibꝫ vel concor-
dantijs. Quis in alia quacūꝗ materia ma
iorem abundantiā habere possem minime
Hominibꝫ nāꝗ latinum non callentibus
parum sunt delectabiles / cōducibiles vel
edificantes eos. et sermo nimis per hoc ꝓ-
lixior redderetur ⁊ obscurior Et diuido ser
monem nostrū in partes tris ¶ Prima ap
plicabit thema nostrum ad materiam hu-
ius solennitatis ipsi' conceptiōis. Se-
cunda exponet ipsum s̄m moralitatē ꝓ no
stra instructione. ¶ Tertia iuxta illas du
as partes biptite satisfaciet questioni. ¶ Cū
misericordia pro humano genere redemp-
tionis viam impetrasset. et ordinatū fuisset
ac constitutū per sublime trinitatis consili
um vt satisfieret iusticie (que admodū con-
tradicebat) ꝙ filius dei carnē assumpturus
esset humanā et ꝙ diuinitas vnienda foret
ac iungenda humanitati ad satisfactiōem
faciendā. Et temp' venit vt incarnatio cō
pleri deberet ac celebrari/deus elegit face-
re ⁊ formare dominā s̄m sapientiam suam
infinitā/talē qualis pertinebat ad eum qui
erat tam sublimis ⁊ generosi generis que i
his inferioribꝫ illi esset mater qui in cel' de-
um habebat patrem. ¶ Consiliū hoc ꝓpo-
situm ⁊ ordinatio mox publicatū est in mū
do varijs modis: In celo int' angelos. In
terra inter ꝓphetas. In inferno inter iustos
qui suā expectabāt redemptionē. Sicut in O
principio noui tempis seu veris/aut cū stel
la matutina ꝓrime surgere vel oriri debet i
aurora diei/omnia germinant ⁊ letari vidē
tur: aues canunt ⁊ ros descendit. similiter
tunc in illa mundi nouitate facta est maior
leticia ⁊ abundantior ros gratie descendit
Sancte quoꝗ persone sursū eleuate ꝑ de
sideria deuota ac deuotā meditatiōem ꝓp
phetiam cantabāt. vt est illud Esa. vij. Ec
ce virgo cōcipiet ⁊ pariet ⁊ vocabit' nomē
eius emanuel. Et illud Nume. xxiiij. Orietꝰ

stella ex Jacob ⁊ consurget virga de israel ⁊ percutiet duces Moab. Et quia ſm q̄ probauit excellentissime Boecius libro tertio prosa vltima. Omnis creatura naturaliter conatur obedire/seruire ⁊ complacere creatori suo. Nam in hoc consistit eius felicitas/eius bonum/eius nobilitas ⁊ pulcritudo. Possum per figurā ⁊ imaginationē rationabiliter fundatā dicere. q̄ domina natura: quā magnus describit Alanus/libro suo de cōplanctu nature/in principio. Accessit mox cū suis ancillis que sunt influentie ⁊ cause naturales/se offerens ad formationem hui⁹ domine ⁊ pulchre dei amice. Et coram diuina maiestate/ admodum humiliter reuerenterq̄ se inclinauit. Deus meus (inquit ipsa) magister meus ⁊ imperator meus/non omnino ignara sum pulchri incepti quod facturus es/⁊ excellentis domine quā pposuisti formare. Et q̄uis tua potentia (bene scio) tua sapientia ⁊ magnificentia in nullo meo egeat seruitio: me tamen humiliter offero/quod tibi placitū est precipe. libenter enī obediā. Hocq̄ tibi notum sit nec me nec ancillas meas vlla vsuras fictione/ quo minus omnia demus et plantemus in hac dn̄a/omnē corporalem pulchritudinē. Nam super animam eius nil habemus potestatis: sed quo ad corpus conferem⁹ ei omnē delectatiōem. omnem sanitatē. omnē harmoniā ⁊ temperantiam complexionis. Et breuiter bene dicere potero. q̄d erit bonis meis bonis nature (cui sit pro te) super omnes alias que vnq̄ fuerūt erunt ⁊ sunt/abundantissime adornata et dotata. Expandā ⁊ inspirabo per faciē ei⁹ luciditatē quandam/pulchritudinē/dulcedinem/plenā simplicitatis honoris ⁊ benignitatis. Et taliter componā castum eius aspectū/dicta sua facta ⁊ mores q̄ omnib⁹ eam aspicientib⁹ erit exemplar liber ⁊ speculum pulchritudinis/nobilitatis/boni amoris ⁊ honestatis. Et sicut formaui ⁊ figuraui corpus regis magni Priami taliter / vt sola specie ⁊ aspectu eius dicebatur esse dignus imperio. species Priami digna est imperio: excellentius faciā de illa ita q̄ omnes q̄tumuis etiā inuidi dicent. ecce dominā dignā que sit imperatrix coronataq̄ regia. Potest hic applicari de Hectore/ qui non videbatur viri mortalis puer esse: sed dei: vt patet in ethicis. Sic ergo illa beatissima Eo pacto loquebatur natura/ cum ex parte altera. s. ex parte celesti veniebat domina altera que suo gestu habitu et moribus valde proprie assimilabat regine. Facies eius multo clarius fulgebat q̄ sol. per q̄d poterat iudicari natiuitatē eius potius diuinā esse ⁊ celestem q̄ mortalē vel terrenā. Ipsa nomen habebat/Charitas amorosa. prima filia veri dei amoris/ regina omniū virtutum/domina nature ⁊ magistra. Et est virtus que facit deū amari super oīa. Que nomine alio gratia dei appellatur. Pulchra erat eius societas. Nam ab vna parte circūdabat eam soror sua sapiētia ⁊ veritas prudentia intellectus consiliū et fides. Ex altera parte fortitudo continentia fidelitas iusticia pax misericordia humilitas diligentia liberalitas ⁊ benignitas. Et per has virtutes dicit hic Boecius/factum esse corp⁹ hominis iusti. quemadmodū prius allegaui. Cum natura eas vidisset valde reuerenter se corā eis inclinauit. Nec deus non cognouit filiā suam charitatē: sed ad osculū eius castū atq̄ amorosum ipsam recepit. Deinde concessit illi dicere q̄ videbatur ei placitum. Tunc cōuiuium fecit sorori sue germane ⁊ socie sapientie. afferre verbum ⁊ exponere q̄d inter ipsas virtutes fuisset cōclusum in earū simul collocutione seu consistorio. Quāuis sapientia se humiliter excusaret: nihil tamen erat quin ab ea charitas obtineret. Que quidē sapientia h̄ modo est exorsa. Altissime potentissime sapientissime incōparabilis vnice ac summe imperator/ignara sum ⁊ me vsq̄quaq̄ indignam existimo quicq̄ corā diuina tua maiestate effari/presertim de re que tāgere possit ppositum tuū prouidentiā voluntatē et ordinatiōem. Attamen benignitas tua clementia atq̄ libertas que nos liberaliter et generose absq̄ meritis nostris creauit: mihi audaciā contulit loquendi ⁊ recitādi id quod humilis filia tua charitas ⁊ socie ei⁹ deliberarunt, mihiq̄ dicendū iniunxerūt. Ipse melius id facere noscerent: sed quoniam sic eis placet libenter obtemperabo.

¶ Imperator altissime charitas humilis filia tua ⁊ deuota ⁊ nos cetere virtutes afficimur non sine causa magna inestimabiliq̄ leticia cum ad misericordie supplicationem vis et te inclinas ad terram descendere, humanū genus redimere, nobis quoq̄ habitationē nostram, a qua tamdiu expulse sumus restituere. quoniā aduersarius nr̄

letalis/peccatum ignominiosus et crudelis tyrannus cum omni sua maledicta societate ignorantia infidelitate idolatria superbia auaricia luxuria inuidia accidia gula et aliis viciis innumeris. Occupauerunt in terra quasi omnia hospitia. et violenter tenent castella ciuitates: fortaliciaque spiritualia tue humane creature: adeo vt non inepte ad hanc humani generis miseriam adaptari possit quod Ouidius primo methamor. de cathaclysmo scribit. Qua terra patet fera regnat erynnis. In facinus iurasse putes: dent ocius omnes. Quas meruere pati sic stat sententia. ¶ O quam benedicta erit hora: cum crudelis felinus et despiciendus tyrannus peccatum scilicet et detestabiles sui spoliatores expellentur a iusta nostra hereditate et domo propria. O deus nonne hoc videbimus? Fortunate erimus cum illud fiet et cum loco ire erit clementia. in loco luxurie continentia. in loco mendacii veritas. loco superbie humilitas. et sic de aliis. Et hoc est primum mee legationis punctum: tibi de hoc gratias agere secundum nostram facultatem et vires. licet multo maius sit benefactum (fatear equidem) quam gratie que per nos agi possint. Preterea quia tuam percepimus voluntatem esse creare atque producere summam quandam et excellentem dominam super omnes alias que vnquam fuerunt vel erunt. Et breuiter talem que digna sit esse mater tua: soror tua: sponsa tua et amica. Ad te verum et certum patrem venimus humiliter laborem nostrum offerentes diligenter et ex corde bono: ad hoc negocium vnaqueque secundum posse suum et officium quod nobis accommodasti sine presumptione/adulatione et iactantia dicimus nil nos obliuioni tradituras quin sit omnino perfecta/tota pulchra et digna que a te ametur. Sine nobis non dubium est quod vis facere potes. Sed te rogo non contemnas oblationem hanc et seruitium. quoniam in hoc honorem nostrum nobilitatem bonitatem valorem et famam maximopere augmentabis.

¶ Nos eam donabimus innocentia et virginitate Abel. Fide Abrahe. constantia Josue. sapientia Salomonis. Ipsa pulchra erit vt Rachel. Fecunda vt Lya. Sapiens vt rebecca. Deuota vt Helyas. Nobilis vt Dauid. Excedet Moysen in clementia. Job in patientia etc. Interea dum hec fieret allocutio venit (sic etenim deus voluit) de terra sancta de ciuitate Nazareth in patria galilee domina quedam/virtutum filia. que oratio dicebatur. et submissa facie paruaque leticia veniebat feruide instanter et deuote/ex parte Joachim et sancte Anne vt eis impetrare posset sobolem/ vt essent immunes et libere a legis maledictione et opprobrio. Post quam natura hoc vidisset et sane intellexisset dixit bene hoc fieri non posse. quia Joachim et sancta Anna senes essent infecundi et steriles. Ideo frustra et inuanum ipsos eiuscemodi rem postulare. Sed oratio non magnificit ipsam naturam/nec verba eius. immo se conuertit fiducialiter ad charitatem et erga virtutum collegium ab eis querendo subsidium et opitulamen allegando quod veniret a bonis earum amicis et hospitibus Joachim et sancta Anna. Tunc haud mora omnes communi assensu genua flexerunt ante thronum diuine maiestatis/et per ipsarum virtutum ordinationem sermonem continuauit domina sapientia: et dixit in hunc modum. Pater omnipotens benedicta et felici die si tibi placet et tempore opportuno huc venit oratio deuota ex parte duorum bonorum famulorum et amicorum Joachim et sancte Anne postulare sobolem. Ubi enim in terra inuenies personas duas que te magis integre ament/seruiant/honorant et legem tuam obseruent. Non malo vsu consumunt nec dissipant bona que eis concessisti: nam diuidunt ea in tres partes. Unam pro templo tuo et ministris tuis. Aliam pro pauperibus. Tertiam pro eorum gubernatione et re familiari. Honestius et iocundius nos virtutes non suscipimur in terra quam in pulchra ornatissima et spirituali habitatione conscientiarum illorum duorum. Si itaque tibi cordi esset vt hec quam facere vis vt sit tota pulchra et amica tua singularis fieret per eos et generaretur atque conciperetur magnum gaudium et exultatio foret nobis omnibus. Quo autem ad nobilitatem quamuis omnes nobiles sint facti per te/qui bene operantur. Satisfacere tamen oportet mundane reputationi. Scis illos duos esse de genere et sanguine regali boni a

misericordie tui David et sacerdotali ipsius Aaron. Ideo non deficiet in nobilitate que ab eis descendet. Et parum me mouet quod allegat natura ipsos esse infructuosos et steriles. Potentia enim tua infinita est et melius spectat (vt videtur) quod illa que debet esse mirabilior inter alias: in omni pulchritudine et bonitate: a te mirabiliter et per miraculum formetur potius quam per solam naturam.

¶ Uerum est domine (ne quicquam celem) quod scrupulus quidam/dubitatio et questio me arripit in hoc negocio. Si sic adimpleretur per opus matrimonij. et percipere potes iusticiam que me notat/consulit/et in aurem aduertit. Nouisti vere deus qualiter primo homini Ade dedisti pro se et pro omnibus filijs eius successoribus: hereditatem non temporalem modo: vt puta paradisum terrestrem: sed (quod eligibilius erat et melius) ei concessisti hereditatem spiritualem. Hec hereditas erat donum gratie/et virtus quedam/ex numero nostro et societate que iusticia originalis dicebatur. Talis virtus per tuam ordinationem taliter eum gubernasset: et omnes eos qui ipsam habuissent et seruassent quod anima tenuisset pacate in subiectione et obedientia/carnem/membra/corporeos sensus/sine vlla rebellione vel inobedientia. in hoc quod ratio sapiens deliberasset: voluisset aut precepisset. Et quod maius est per excellentiam illius virtutis et hereditatem iusticie originalis. Homo semper habuisset verum iudicium sine errore. Bonam voluntatem sine peccati perpetratione. Sensualitatem bene gubernatam/sine motu vel passione detestabili/in videndo. in audiendo. in gustando/vel in tangendo. ¶ Preseruasset et custodiuisset hominem a morte: et ministrasset ei vitam corporalem sine sudore/pena seu labore. Nec in dolore mulier peperisset. Ecce donum pulchrum et hereditatem bonam.

¶ Sed heu Adam et Eua ingrati huius cito deliquerunt contra maiestatem tuam regalem/diuinam et imperialem transgrediendo preceptum tuum/de non manducando pomum. Et preponendo voluntatem eorum tue voluntati per originalem/stultam quam rebellionem etc.

¶ Quapropter secundum omnem legem scriptam et iusticiam etiam que seruatur inter homines: meruerunt. non modo mori sed cum hoc perdere omnem hereditatem pro se et filijs suis/tam temporalem paradisum terrestrem quam spiritualem iusticiam originalem: ratione criminis lese maiestatis.

¶ Fuit vlterius permissum regnare in eis: in eorum spirituali regno dirus quidam et iniuriosissimus tyrannus: qui peccatum originale nominatur: pro et loco bone virtutis: et regine iusticie originalis. O heu plus quam centies. heu quam dura mutatio de tam magno bono: in tam magnum malum: de quali felicitate in qualem miseriam et aduersitatem: Maledicta sit inobedientia que tale generauit malum. Merito o humana creatura expauescendum habes exemplum quod dei precepta qualiacunque sunt/non infringas nec transgrediaris. ¶ Cum ergo facta fuerit lex per te summum iudicem et legislatorem: vt omnis progenies ab Adam et Eua descendens per societatem naturalem viri et mulieris perdet hanc hereditatem: et subiecta erit peccato originali. Quemadmodum dictum est si amica tua quam tam pulchram efficere vis/concipiatur per Joachim et sanctam Annam. Sic orato et nos te deprecamur/dubito pro iusticia: ne concipiatur in tali macula peccati originalis. Et ne habeat talem puritatem/innocentiam et pulchritudinem/que pertinet ad illam que mater tua esse debet. sponsa tua et singularis amica. Ne tamen audias iusticiam rigorosam solum Sed intellige (si placet) quod natura et virtutes presentes super hoc dicere volet.

¶ Natura postea quam concessa ei a deo loquendi facultas fuisset: sic est locuta. Scis domine quod secundum primariam meam et legalem institutionem producere deberem homines tales. quod in regno eorum spirituali nulla esset rebellio carnalitatis vel sensualitatis contra rationem Quia lex mea naturalis/iustissima est. Ideo peto quod caro que est ancilla serua et famula nihil faciat contra auctoritatem et voluntatem anime: que est regina sua/domina et magistra. ¶ Ob hanc causam passiones et inordinati motus:

turpes sunt ꝛ culpabiles in hominibus qui non sunt tales in bestijs vt superbia peccatum vel turpitudo in equo nõ est crudelitas in leone. astutia in vulpe. inuidia in cane. auaricia i cornice. ꝛ sic de alijs. Quare? Quia in se rationem non habent: que alio modo talia bruta regere deberet: sicut ratio est in homine. Jdeo mihi apparet sub correctione tua indecens esse tibi summo principi et mihi ꝙ anima tua haberet talem discordantiaꝫ in spirituali regno suo potius ꝙ̃ bruta. Et ꝙ prima mater Eua. In hoc habuisset maius priuilegium in natiuitate sua ꝙ̃ illa que erit mater tua. Nam ipa Eua sine rebellione facta fuit. Addo huic ꝙ ius meum / ius naturale est: ꝙ filius debet honorare matrem suaꝫ: quemadmodum semper i schola mea predicauerũt discipuli mei. philosophi ꝛ poete. Sed quomodo sufficienter honoraretur: si inhonestum peccatum in ea aliquo tempore dominaretur?

¶ Veritas est (ait mox obedientia) cuꝫ tu summus princeps vis habere matrẽ carnaliter in terra: illi debebis honoreꝫ reuerentiam / seruitium / obedientiam. Nec huic contradicet iusticia. Nunc autem apparet illam legem nõ bene adimpleri si in huiusmodi abominatione immundicia ꝛ subiectione peccati: aliquo tempore permitteres illam / que esse debet habitaculum / templum ꝛ palatium totius puritatis.

¶ Sic argumentabatur obedientia cũ sensit charitatem. que et causam suam voluit enarrare cui reuerenter cessit. Vere pater omnipotẽs (ait Charitas) tu me fecisti (et in te me glorifico) reginam virtutum. et sine me quecunqꝫ ipsarum non perfecte conueniret humane creature nec concederetur. ¶ Sum illa que eas illuminat sicut sol calores. et viuifico animam sicut anima corpus. Et sine me mortua est aĩa ac impotens facere quamcũqꝫ operationem studiosaꝫ. sicut corpus sine anima. Si ergo contingeret (quod absit) ꝙ aliquo tempore in conceptione eius vel postea essem elongata ꝛ extra illam dominam ratione peruersi tyranni peccati originalis. quis eam custodiret? Nullo enim pacto in ea habitare possem. videamus quid esset. Primo anima eius spiritualiter mortua esset. ꝛ ideo turpis fetida deformis. non placens tibi deo nec a te amata. indigna societatis tue ꝛ societatis angelorum. ꝛ digna separari perpetuo ab eis. Et si i illo statu moreretur: absqꝫ dubio eternam ingrederetur damnationẽ. Etiam ipsa esset habitatio tenebraꝝ que lumen portare debet. ¶ Recte dixit sapientia / admodũ impertinẽs esset si sic fieret Et matutina stella in ortu eiꝰ eclypsim faceret. Rosa noua deficeret. Fons gratie desisteret. Flos lilij pallesceret. Mater vite mortua esset. Regina mũdi subijceretur. Sed cui subijceretur? Subijceretur fediori ꝛ abominabiliori subiectioni que esse posset. illi scꝫ que est ipsius peccati. ¶ Sed etiam pater totius bonitatis: inquid misericordia: postꝙ̃ intantũ condescendisti nostre petitioni miserabili vt redimere velis humanũ genus a seruitute peccati. Justum est, sis perfectissimus redemptor ꝛ saltem redimas vnam personaꝫ excellentissime. Et nouisti ꝙ inter sex modos redimendi: ꝑfectior est / preseruare personam talit/ne labatur in subiectionem peccati cuiuscunqꝫ: siue originalis siue actualis que alias sine tua tali preseruatione in illud caderet. sicut maior fit gratia preseruando hominem ne cadat in lutum ꝙ̃ postꝙ̃ cecidit eundem releuare: sed quam ꝑsonaꝫ perfectius redimere debes ꝙ̃ matrem tuam ꝛ singularẽ amicã. ¶ Virginitas dixit. ꝙ non minus esset pertinẽs ad filium dei habere matrem semper ꝟginem / specialiter que nunqꝫ fuisset violata per peccatũ quo ad animam ꝙ̃ habere virginem corporaliter inqꝫtum ꝟginitas ꝛ integritas anime nobilior est, ꝛ perfectior ꝙ̃ illa que est corporis. Sꝫ peccatum mortale quodcunqꝫ certuꝫ est corrumpere violare ꝛ eneruare aĩme puritatẽ ꝛ innocẽtiã. Eapropter sine tyrãno illo pctõ ɔcepta esse debꝫ ꝟgo illa sic debet esse ꝟgo corporaliter. Nec est obliuiõi dandũ. ꝙ pro carnis sue debet esse caro purissime humanitatis ꝙ̃ accipiat deus noster. Ideo esse debet nitidissima mundissima ꝛ purissima. Prudentia: que leges legaliter interpretatur: cuꝫ loqui de

beret valde eleganter rationem suam assignauit. Non video inquit in materia hac repugnantiam vllam / quin tota pulchra / amica dei nostri debeat omni tempore in sua conceptione et post absoluta esse et libera a damnifero tyranno peccato originali: nisi forsitan secundum legem illam generalem: quam pretendebat sapientia / adhortatione iusticie quod omnes peccauerunt in Adã. Miror si iusticia velit quod summus imperator et legum conditor sit tam astrictus ipsi quod nihil possit aut debeat immutare / propter quencunque casum contingentem. Magis esset seruus ad leges suas quam princeps temporalis ad suas. Et magis serua esset sponsa eius celique imperatrix / quam terrene regine / que priuilegiate sunt contra omnes ciuiles seruitutes (priuilegiata augusto) Interrogo iusticiam cum eo modo velit esse leges seruatas: si domina nostra nõ complectitur in generali hac lege et maledictione quam dedit deus mulieribus propter peccatum Eue. scilicet quod in dolore et angustia essent pariture? Scio quod hoc non dicet: quoniam sine dolore est paritura et leticia. Quare ergo non eque bene poterit excipi a graui maledictione peccati originalis / cum tam rationabiliter et rationabilius fieri possit in hoc casu sicut in alio? Dicit discipulus meus Aristoteles in Politicis. leges dari vniuersaliter / nõ quin in aliquibus particularibus casibus possit et debeat habere rationabilem exceptionẽ. Sed quia sepius ita fit: quemadmodum lex dicit. Te rogo iusticia considera qualiter supremus imperator sepenumero pro valde minori causa / quam ad honorandum matrem suam et amicam / mutat et variat communem et consuetum cursum tã nature quam scripture operando sepe miracula / gratias / venias et priuilegia. Nõne sistere fecit sole propter Josue? Resuscitauit mortuos propter Heliseum? Prohibuit ignem vrere propter Danielem? Et etiam ad propositum nostrum contra communem cursum / sanctificauit Hieremiam ante natiuitatem eius. et reddidit hereditatem temporalem paradisum terrestrem Enoch et Helye. Certum est igitur quod lex generalis non debet esse in preiudicium gratie ac priuilegij specialis. Et apparet mihi (iusticia) te non modo ad hoc inclinare debere: sed illud idem petere. Nonne officium tuum est postulare vt filius matrem suam honorat magis quam alios: quemadmodum bene dixerunt natura et obedientia. Certe sic est. Nonne officium tuum est quod imperatrix habeat priuilegium contra omnem seruitutem: presertim ignominiosam? Sic certe. Nonne ad iusticiã pertinet petere vt thesauraria gratie amica diuinitatis sit sine gratia sua et suo amore? Ita reuera. Sed finaliter iustum est: quod regina illa et magistra angelorum / que secundum promissionem diuinã debet contere et frangere caput serpẽtis: id est infernalis inimici: nõ sit vllo tempore membrum suum et subiecta eius. Alioquin semper posset improperare ipsi: et per irrisionem dicere. Ecce mulierem que (vt inquit) contriuit caput meum: sed prius calcaui caput suum per peccatum originale. Ecce dominam que dicitur tota pulchra: sed sub me fuit maculata contaminata et prostituta per peccatũ originale. Ecce amicam regis vestri: sed ipsius ego primũ rex fui et dominus per peccatum originale. Ecce illam que se dicit domicilium et matrem virtutum: sed prius ipsa obediuit mihi. et me hospitio suscepit per peccatum originale. O deus optime et potentissime: absit vt eo pacto irridere possit tuus et noster inimicus. ¶ Ad hanc vocem surrexit sonus et murmur inter virtutes et inter loquendum ad inuicem et probandũ orationẽ prudentie versus iusticiam oculos suos vertebant et deflectebant: que recte iam victa apparebat. Justicia se notatam esse percepit. et post multa verba vt se exhonoraret. protestata est publice quod super his omnibus rebus dictis et propositis ipsa se referret ad bonam iusticiam et sapientem dei ordinationem et quod suum esset precipere / ordinare / suamque legem interpretari. quia cuius est condere: eius est et interpretari. ¶ Huic omnes simul virtutes parate erant obedire. Ad verbum hoc omnes cõcordarunt: et maximum tunc tenuerunt silentium: auresque arrectas vt reuerenter audirent conclusionem atque sententiam Tũc benedictus dei filius in sublimi diuine sue maiestatis throno sedens / eleuauit paululum cum maturitate magna / reuerendum suum et tremendum aspectum / et per magnam grauitatem magnificentiam et auctoritatem / sub his verbis plande respondit.

tis sue spiritualis. Et qui hoc miratꝭ/cogi/
tet ad auiũ volatus/vt aquile vel hyrundi
K nis. aut motus pisciũ. Per h̄ tñ qð dictum
est/negare nolim quin in istis inferioribus
boni angeli ꝛ mali capiãt interdũ corpore
am figurã ad aliquas oꝑatiões exercendaꝭ
vt sanct⁹ Raphael apparuit in forma iti/
nerãtis vel nuncij. Et inimic⁹ sepenumero
in horribilib⁊ apparuit figuris/draconũ ꝛ
serpentũ. De modo assumẽdi ꝛ formãdi hu
iusmodi corpa nihil dicã. Est eñi materia
hec pon⁹ celãda q̃ꝫ p̄dicãda. ¶ Sup h̄ qð
dictũ est tria mouebo dubia. ¶ Primũ du/
bium quare de⁹ nõ citi⁹ mũdũ formauit ꝛ
angelos? R̃nsio. hec q̃stio ex simplicitate ꝓ
uenit aut malo intellectu. Ipa eñi imagiatꝭ
añ mundũ fuisse spaciũ infinitũ/ in q̄ deus
oĩno sol⁹ fuerit/queãdmodũ aliqui ima
ginantꝭ sup̄ celũ esse spaciũ ꝛ locũ vacuum
infinitũ. Sȝ h̄ totũ est ex defectu intellect⁹
nimis vtendo imaginatiõe. Scire ḡ debe
tis deũ in eternitate sua munduȝ formasse
fm̃ ordinẽ sapiẽtie sue ꝛ liberã suã volũta/
tem. Nõ q̄dẽ q̄ mũd⁹ etern⁹ sit sicut de⁹. h̄
impossibile est: sed factus est in eternitate ꝛ
de sua eternitate hanc habuit voluntatẽ.
¶ Secundũ dubiũ aut q̃stio. Quare fecit
deus ꝑuersos angelos cum sciret eos fore
damnãdos? Respõsio. Deus eos oĩes fe/
cit bonos ꝛ pulchros. deditqȝ eis tempus
ꝛ spaciũ vtẽdi libera eorũ voluntate. ꝛ con
firmationẽ eorũ in gl̃iam acquirẽdi. Sed
L nõnulli male vsi sunt sicut dictũ est. Fuitqȝ
rationabile vt malũ ex hoc eis eueniret. Ex
emplũ de dño aliquo qui fundat ciuitateȝ/
ꝛ eã honestat populo. Intentio ei⁹ non est
icolas suspẽdere aut destruere. modo iuste
viuãt. Attamẽ ordinat patibulũ ad malefa
ctores suspẽdendos/quod patibuluȝ est in
magnũ ciuitatis sue ꝛ in eius iusticie ho/
norem. Pariformiter est ꝺ inferno respectu
malorũ. Legim⁹ de quibusdã regib⁊ qui ꝓ
prios occiderũt filios ad iusticiã tutandaȝ
Illos tamẽ nõ genuerũt filios/ vt eos de/
struerent quo ad p̄ncipalẽ eorũ intẽtioneȝ.
Aliud exemplũ qð dat apostol⁹ est de ma/
gna domo in qua sunt diuersa vasa. Que/
dam ad honorabile seruitiũ. alia ꝟo in cõ/
tumeliã ¶ Tertiũ dubiũ vel questio. Qua
re deus nõ annihilauit luciferꝝ post pctũm
suũ? Responsio. ꝑ hoc quod dictũ est. Iu/
sticia dei in ꝑuersoꝝ punitione relucet. Alij
dicunt meli⁹ esse dãnatis in hmõi ꝑsistere
pena q̃ꝫ nõ esse. Ego vero teneo contrariũ.
Sicut Jesus christ⁹ dicit de Juda. Me/
lius fuisset ei si nat⁹ nõ fuisset homo ille ꝛc̃.
Saltẽ certũ est meli⁹ esse vt q̄s non sit/ q̃ꝫ
deũ odio habere vt dãnati. Et itelligo me/
lius: id est minus malũ. Si queras insup.
Quare nõ fuit redempt⁹ aut ad penitẽtiaȝ
receptus. Una causa fuit: quia absqȝ exte/
riori peccauit tentatiõe. Alia q̄r male vsus
est toto tempe qð ei cõcessum fuerat ad me
rendũ ꝛ paradisum lucrandũ/quemadmo
dum post mortẽ hoĩs nulla est redemptio/
aut penitẽtia: quia tẽpus peregrinationis
sue ꝛ vite sue trãsijt venitqȝ ad vnũ termi/ M
num. Doctores diuidũt temp⁹ angelorum
in tres ptes. Prima est ab eoꝝ creatiõe in ḡ
tia ꝛ virtutib⁊. Secũda est qñ boni bñ vsi
sunt donis suis/ꝛ mali ꝑperã. Tertia ẽ ma
loruȝ obstinatio ꝛ bonoꝝ saluatio/que sem
per est duratura. Adiungo ꝓ saluatiõe no/
stra tres cõsiderationes.

Prima cõsideratio

Inimicoꝝ damnatio nos tenere debet in
timore sub potẽti manu dei ꝛ in oĩm humi
litate. Si eñi deus nõ pepercit creature tã
pulchre ꝛ tam nobili ab initio ad imaginẽ
suam facte: sed eã deiecit ꝛ depulit vt ful/
gur de celis/ in abyssum et stagnum ignis
ardentis ꝛ sulphuris propter suã superbi/
am. Quid expectare debem⁹ nos paupes
ꝛ miserabiles? Non est dubium quin ꝺ no
bis sumetur suppliciũ Nonne superbia po
tius odio habenda est in paupere/ q̃ꝫ in re/
ge aliquo diuite ꝛ potenti? Ita intantum:
vt pauper habet minores causas et moti/
ones. Et si vindicta dei non pepercit ciui/
bus ꝛ p̄ncipib⁊ celoꝝ superi⁹. Quid faciet
miserabilib⁊ exulib⁊ terre hic inferius? Est
argumẽtũ sancti Petri in ep̄la sua. Si de⁹

peccantib⁹ angelis ꝛc̃. Per hãc ꝯsideratio/
nem rñdeo q̃stioni quã facere possent non/
nulli qualiter creatura tã sapiens que vide
bat ꝛ cognoscebat deũ sicut erat lucifer po
tuit in sup̄biã cadere. Nõne sciebat quõ su
perbia deo displiceret. ſ3 etiã cognoscebat
(vl' erat stultissim⁹) se nihil habere nisi a do
A ꝛ se silem esse deo nõ posse. Dico ꝙ q̃to pl⁹
gratiaꝝ donoꝝ pulchritudinũ bonitatũ ꝛ
donarioꝝ alioꝝ naturaliũ habuit Lucifer
postq̃ nõ erat ꝯfirmatus in grã ꝛ in gloria
Tãto plus op⁹ fuisset ei corã deo humilia
re se ꝛ cognoscere dona sua ac bñficia eius
omniaq̃ sibi subijcere ꝛ in suã custodiã co
gere Et q2 in hoc facto fuit negligens/pec
cauit sumẽdo nimis magnã de ipso vanaꝫ
complacentiã, suasq̃ speculãdo pulchritu
dines. Etiã se videbat veluti in vmbraclo
in obscuritate suip̄si⁹/auferẽdo oculos in
tellectus sui a vero lumine diuio. ꝛ tanq̃ ei
dorsum vertendo hinc aliũ se iudicabat ꝛ
maiorẽ q̃ esset. quia inflat⁹ erat vane glie
vento. Et ex hoc euenit ꝙ in talem cecidit
stulticiã aut fantasiã vt dictũ est/ꝙ deside
rabat esse dñs sine subiectiõe. Et cũ de⁹ il/
lud ei nõ cõcederet ſ3 eũ damnaret, cecidit
de peccato in pctm̃ vsq̃ ad odio habendũ
deũ ꝛ ip̄m ꝑsequendũ tanq̃ furiosus ꝛ sen/
su captus. Cõsiderate quõ dic quolibet ho
mo qui subiect⁹ est tãtas habet miserias/et
bene nouit se morituꝝ ꝛ videt quottidie in
se ꝛ in alio tãtas tot⁹ humilitatis causas.
ascẽdit tñ nihilomin⁹ in superbiã/taliter vt
suip̄si⁹ ꝛ ꝯditiõis sue obliuiscatur. reputat
q̃ se veluti immortalẽ/ ꝛ interdũ vt deum.
Sic habem⁹ ꝙ Nabuchodonosor/Alex
ander Antiochus ꝛ alij voluerũt tanq̃ de
us adorari. Dicit Juuenalis. nihil esse qđ
credere de se nõ possit ꝑnceps cũ laudatur
Quottidie ꝑsuadetur stult⁹ se esse sapiẽtissi
mũ/turpis apparet sibi pulcher/et debilis
fortis. Sicut ꝑsuasum fuit cuidã agnum
O suũ esse canẽ. ꝛ cuidã alteri om̃ino sano/ ꝑ/
suasum fuit se esse infirmũ Et om̃e hoc per
mendaciũ ꝛ adulationẽ alteri⁹ que est velu
ti diaboli incãtatrix. A fortiori adulatio d̃
semetipso ꝛ in seipso facit citius ꝑsonam q̃
sibiip̄si adulat' se laudat specculat' ꝛ magni/
facit/cadere in stultã credulitatẽ ꝛ iactanti
am. Videm⁹ quottidie stultũ nõ videre ni/
si sapientiã in stulticia sua/ ꝛ credere se esse
omnium sapientissimum/siue sit in deuo/
tionib⁹ siue in alijs reb⁹. Hinc accidit nul/
lum eẽ ꝯsiliũ cui tal' credere velit aut possit.

Scd'a consideratio

Aduersitates ꝛ verecũdie hui⁹ mũdi mag.
ꝓsunt laudib⁹ ꝛ adulationib⁹. Vos videtis
qm̃ ꝑ vituperiũ sup̄bia amitti' ꝛ adulatiõe
nutrit'. Jdeo sicut homo semꝑ se debet cul
pare increpare ꝛ humiliare corã deo. pari/
formiter amare debet eos qui eũ vituꝑant
sunt enĩ coadiutores sui vt faciat quod fa/
cere debet vt ſc3 se humiliet. Et hoc est qđ
dicit ꝓpha Dauid. Corripiet me iustus in
misericordia ꝛ increpabit me. Just⁹ inquit
me corriget ꝛ dure corripiet in om̃i miseri/
cordia. Ad hoc ꝓpositũ dicit sanctus Au
gustin⁹. Pl⁹ ꝓsunt inimici iurgãtes q̃ ami
ci blandiẽtes. Pl⁹ prosunt inq̃t inimici ꝑ
eoꝝ iurgia q2 corrigũt q̃ amici per laudes
eoꝝ. quia nutriũt ꝑsumptionẽ ꝛ faciunt in
choari ꝑ stultas suas opiniones/res non
possibiles de quib⁹ om̃es alij irridẽt. Adu/
latio igit' suip̄si⁹ cognitionẽ aufert. ꝛ est tã/
q̃ vmbra vel ficta facies q̃ verã aufert cla/
ritatẽ boni iudicij ꝛ veritatis. Sed aduer/ P
sitas ꝛ vituperiũ ip̄aꝫ restituũt Hic sumũt
doctores rõnem quare Adã nõ manserit ĩ
paradiso terrestri post peccatũ suũ ꝓpt' vo/
luptates que ibi sunt. Exemplũ de Plato
ne qui elegit pestiferã regionẽ ꝑ studio suo
Summũ remediũ ꝛ bonũ ꝯsiliũ in om̃ib⁹
reb⁹ ꝛ om̃ib⁹ tentationib⁹ est ꝙ homo mox
oculũ suũ ꝛ aspectũ vertat ad deũ tanq̃ ad
lumẽ suũ/ad suũ auxiliũ/ad suã fortitudinẽ
ad suũ ꝓtectorẽ defensorẽ ꝛ gubernatorẽ:
absq̃ hoc ꝙ nimis fixe remaneat ĩ cogita/
tionib⁹ alijs terrenis aut carnalib⁹. vl' alijs
quibusuis. Hoc cernitis. ꝑ hoc enĩ cecidit
lucifer ꝙ nimis diu de seipso ꝛ sua vmbra
cogitabat/nõ recurrẽdo ad deũ. neq̃ grãs
illi agẽdo. Jdeo dicit ꝓpheta Dauid Ocu
li mei semꝑ ad dñm qm̃ ipse euellet d̃ laq̃o
pedes meos. Habeo inq̃t semꝑ oculos me
os ad dñm q2 ip̄e seruabit me ne cadam in
laqueos ꝛ tentatões inimicoꝝ. Sumam⁹
exemplũ de filio semꝑ recurrẽte in omnib⁹
aduersitatib⁹ ꝛ ꝓsperitatib⁹/ad auxiliũ ma
tris sue/ip̄se esset securus. Sic fecit Jesus
christ⁹ saluator noster q̃ recurrit ad patrẽ
suũ in cruce. Et etiã idẽ facit ꝓpha in psal/
terio. Qm̃ tu fecisti amone a me ꝛc̃. Hec do
ctrina fieri deberet om̃ib⁹ liberis q̃primũ
possent quicq̃ cognoscere vt om̃ia referrẽt
in deum. Nota de patre qui orare iubebat

filiū suū/ et interorandū iaciebat ei deorsuz
poma aut pira vt assuesceret habere fiduci
P am in deū. Cū homies ad deū non recur/
rant: facile in oēs cadūt melācolias et stul
ticias. Nā semp magis magisq; in pfundi
ores labunt tenebras: qr a deo pl⁹ elongā/
tur solo et vero eoꝝ lumine et extra portam
et viā. Exemplū est de malis angelis qui in
pncipio erāt admodū sapiētes/ stulti facti
sunt et furiosi. Talēq; habēt errorē vt impu
gnare velint deū/ et oēs hos q̄ illi seruire
volunt et honorare. Et hinc est q̄ nos ten/
tant de stulta et iniqua puersitate i despectū
dei/ et in despectū hui⁹ q̄ eos minime hono
ramus vt deū. Et ex hoc puenit oīs ido/
latria/ sortilegiū et stulta incātatio in mun/
do. qr p pmissionē diuitiaꝝ aut sciētie curi
ose de reb⁹ occultis vel futuris aut ad cōplē
dū mala desideria/ induxerūt mūdanos vt
honorēt eos sicut deū in sacrificijs/ in ieiu
nijs/ in vigilijs et orōnib⁹. Uñ verū est mul
to plura esse bona et res sanctas in talib⁹ ar
tib⁹ phibitis q̄ pueniat/ et eo pei⁹ res se ha/
bet Fit eñ honor diabolis p illud p qd ho
norād⁹ eēt de⁹. Quia etiā facili⁹ decipiūt
h modo p boni apparentiā. Sunt alij mil
le et mille modi pliādi c̄ nos. et nisi esset gr̄a
dei bonoꝝq; angeloꝝ custodia/ nos resiste
re nō possem⁹. Sz gabriel et boni angli p̄/
liant adhuc c̄ eos p nob cōtinuādo pliū in
celis inchoatū/ de q̄ loquit thema nostrū.
Factū est pliū magnū in celo Michael et
angeli eius pliabant cū dracone.

R ¶De prelio diabolorum.

¶Cōtinuādo materiā inceptā et descenden
do in generali ad plia q̄ fiūt in istis inferio
ribus/ inuenit q̄ boni angeli mox se cōuerte
runt ad deū eoꝝ: illiq; humilit gr̄as ege/
runt veluti eoꝝ deo/ patri/ dño et creatori.
Hinc gr̄am acq̄sierūt et de gratia gl'iam p/
ceperūt/ h est cōfirmationē in diuina visiōe
et in dei amore Tria g̃ habuerūt bona. Cla
rā videlicet cognitōz. Perfectā tentatiōem
seu adhesionē ad deū. h est cōfirmatōez. Et
ardentē dilectionē. Et qr numer⁹ eoꝝ erat
imminut⁹ ordinauit de⁹ facere et formare
humanas creaturas ad padisi sedes replē
das p hūane creature fragilis et debilis hu
militatē. de q̄b⁹ q̄dē sedib⁹ angeli ceciderāt
et lapsi erāt tāq; scismatici et pditores legi/
timi eoꝝ dñi/ et veluti i malo et odio dei ob/
stinati. Per cōtrariū eñ ad bonos angelos
mali i generali tria incurrerūt mala. Igno
rantiā et errorē c̄ clarā cognitiōem. Sepa-
rationē a deo et maledictā obstinatiōz c̄ ad-
hesionē et cōfirmationē in deo. Odiū et furo
rem c̄ ardentē dilectiōz. Accidit q̄ quēad/
modū boni angeli dati fuerūt et ordinati p
diuinā puidentiā ad custodiēdā creaturaz
humanā vt finē suū assequeret. Ita et mali
angeli susceperūt vt eā impedirēt ne celum
ascēderet vñ ipsi lapsi sunt. et hinc venit tē/
tatio pme mr̄is nostre Eue et pmi pr̄is nr̄i
Ade p inimici inuidiam. Inuidia diaboli S
mors intrauit etc. Et ex h cōtinuat in terra
pliū qd in celis fuit inchoatū/ vbi factū fu/
it pmū qd vnq; fuit scisma Sz hic ppono
tres dubitatiōes. ¶Primū dubiū aut q̄/
stio. Quare de⁹ patit et pmittit q̄ humana
creatura tēteт p inimicos posteaq; ipa ex p
pria natura corrupta satis inclinata est ad
malū. Rñsio. Quāuis de bonitate dei non
possit reddi causa pmaria magis nisi dicere
ita ei placuisse. Sic volo sic iubeo. Nota
de grāmatica positiua. qr sic placuit impo
sitori. nihilomin⁹ tñ bñ assignāt alique cō
gruētie fm humanū intellectū. Et mihi im
psentiaꝝ tres sufficiūt. Una cōgruētia aut
causa est vt de⁹ pmittat res q̄s creauit ope
rari fm naturā ipaꝝ aut cōditionē. De⁹ sic
res q̄s creauit administrat vt eas motu p/
prio agere sinat. Et qm̄ natura boni ange/
li est velle bñ facere sibi et alijs. Intētio per
uersi angeli est in cōtrariū. iō de⁹ pmittit ma
lum tētare et hortari ad maluz. Uultq; bo/
nū angelū mouere in cōtrariū dādo cōforta/
tionē auxiliū et defensionē aduersus crude
lem hāc et furiosam bestiā. Et oīe h ad no
strā est gl'iam et felicitatē qm̄ habem⁹ ange/
lum talē ad nostrā custodiā et auxiliū. et cuz
nos vincim⁹ talē inimicū p boni angli sub
sidiū. Ad h pdest tētatio qr solummō coro
nabunt gl'ia padisi/ q̄ in h mūdo vigorose
hostē debellarint. Nō coronabit nisi q̄ legi T
time certauerit. Exemplū de sancto An/
thonio et plurib⁹ alijs. Alia causa est q̄ p/
pterea bon⁹ angel⁹ seruit deo/ et fm aliquos
suā gl'iam et padisum lucrat/ q̄uis iā ipsuz
possideat. Mal⁹ v̄o iusto dei iudicio g̃uissi
mā acq̄rit punitionē. etiā si nihil aliud eēt
q̄ pudor et despectio quā hz qm̄ vincere nō
pōt ad libitū humanā creaturā. Draco iste
quē formasti ad illudendū etc. Exemplū de
sancto Hilarione Et hic docemur q̄ si nō
facerem⁹ bona nisi ad placendū angelis et
sanct⁹ et displicendū inimicis: bona tamē

operari debem⁹. ¶Alia causa est ad humiliandũ se corã deo/ ⁊ suũ auxiliũ implorãdũ ꝯtra inimicoꝝ furorẽ. Et vt bñ cognoscamus nos ex nobisipsis nõ posse resistere eorum potestati nec violẽtie nec maliuolẽtie eoꝝ. Insup vt honorem⁹ bonos angelos: nõ quidẽ vt deũ. sed vt dei amicos ⁊ nobis beniuolos atq; coadiutores. Disposuit ei deus ꝙ inferiora ad ipm reducant̃ per media sibi ꝓpinquiora. Et h̄ cognoscere mirum in modũ ꝓdest. Qui em̄ ignorat quo pacto tentet̃/ ⁊ periculũ in quo est non curat resistere. Queadmodũ sunt aliqui carnales q̄ nõ credũt diabolos tentare ipsos hoies ꝯtra scripturã que hoc testat̃ d̄ Job Jesu christo. Dauid. Anania ⁊ alijs tẽtat̃

¶Secũda questio. Unaqueq; ꝑsona in se habet ne bonũ quendã angelũ sit ⁊ malum. Unũ vt eũ adiuuet. Alteꝝ vt seipsum exerceat. Rñsio ꝓm doctores. Quelibet ꝑsona habet vnũ bonũ angelũ/ interdũ plures ꝓm ꝙ opus est ꝑ se ⁊ illis officijs que tenet ⁊ gubernat. Pariformiter inimici eã nitunt̃ interdũ ducere in errorẽ et peccatum: ꝓm ꝙ eã vidẽt fortiorẽ ⁊ ardentiorẽ ad bñ opandũ. Queadmodũ habem⁹ in vitis patrum/ de quodã vidẽte innumeros inimicos circa cellã vel camerã cuiusdã heremite. et dumtaxat vnũ circa ciuitatẽ quandã. Et quanq; inimicus vincit̃ vno modo conat̃ tñ ꝑ alterũ/ sicut apparuit de Jesu christo. Quomõ tentare pñt inimici cũ tales ꝓpetiantur penas Per oppositũ quõ dimittunt boni ãgeli eoꝝ gl'iã ꝑ h̄ ꝙ ad hec inferiora descendũt: Rñsio. Mali ꝑ iustũ iudicium dei ⁊ ꝓpter eoꝝ maiorẽ punitionẽ habent vltra eoꝝ tormẽta rõnis iudiciũ ⁊ cognitionem. Sꝫ h̄ est ad male opandũ ꝓpter peruersam quã habent voluntatẽ ⁊ vertũt omnem sciam eoꝝ ad malũ. Sicut auar⁹ totum ingeniũ suũ applicat ad acquirẽdum Inuid⁹ ad nocendũ ⁊ detrahendũ. Luxuriosus ad carnalitatẽ immundã habendã. Hinc est ꝙ q̃to intellectus eoꝝ est clarior. tãto sunt peiores. Quo ad bonos angl'os tenendũ est eos cõtinue videre deũ et amare/ in quocunq; fuerint loco: qꝛ de⁹ est vbiq;. ⁊ in eius lumine cognoscũt quõ debeãt opari. Et si aliq̄ querãt si sciant q̄ sint damnandi aut saluãdi. Dico ꝙ sic. Hoc tñ non obstãte faciũt debitũ eoꝝ oĩbꝫ succurrendi/ bonis ad ꝑadisum acquirendũ. malis vt min⁹ damnent̃: aut ne in damnatiõe eorum aliquã afferre valeãt excusationẽ. Et adde tres doctrinas seu ꝯsideratiões.

¶Prima doctrina. In omĩ loco adorare debem⁹ bonũ angelũ nostrũ q̄ videt omne qd̄ opamur ⁊ q̄ delectat̃ cũ bona facim⁹ ⁊ ꝑ͛it talẽ delectatiõem cũ male agimus. Ideo dicit̃ esse tristis: non quidẽ tristicia q̄ ei noceat: sed est quedã compassio/ ⁊ etiã ꝓuatio quedã aut defectus alicui⁹ cõsolationis quã accidentalẽ nominam⁹ et nõ ꝓncipalẽ. Et ista doctrina sepenumero dici deberet oĩbꝫ pueris. Et qualiter si verecundantur ad pñtiam patris eoꝝ matris aut preceptoris. Multo plus timere debẽt boni angeli eoꝝ presentiã ⁊ ipm honorare.

¶Secũda doctrina. Omni tp̄e debem⁹ timere tẽtationes ꝑuersoꝝ inimicoꝝ plus q̃ ouis que timet lupũ/ aut ceruus canes. Nõ quidẽ vt timeam⁹ diabolũ ꝓprie loq̄ndo: sed deũ ꝑmittit nos ob peccata nostra ad ꝑuersam diaboli potestatẽ: queadmodũ ouis magis timere debet potentẽ pastorẽ q̃ lupũ. Semp parati sunt inimici capere nos in corpe ⁊ aĩa/ si deus ⁊ boni angeli illud sinerẽt. Et ꝓpterea cõsiderate stulticiã illoꝝ q̄ manẽt in pctõ mortali/ q̄ ꝑ hoc sunt quo ad deũ excõicati: qꝛ manẽt ⁊ dormiũt inter brachia inimici. s. in potestate ei⁹ Nõ est ergo mirandũ si q̄s se signet cũ audit eũ nominari: ꝓpterea ꝙ est tã magn⁹ aduersarius nr̃: ⁊ etiã ꝓpter dãnatiõis sue ꝯsiderationẽ. In h̄ ei declarat̃ nobis vindicta dei mirũ in modũ dura ⁊ horribilissima. Uidete etiã esse ꝑuersam maledictõẽ dicere: diabolus habeat partẽ/ aut ex pte diaboli: presertim si mater dicat liberi̊. Post talia eñ verba sup aliq̄s ꝑiustã dei ꝑmissionẽ inimic⁹ potestatẽ capit. Sic apparuit in q̄dã femina q̄ semel ex ira ⁊ impatiẽtia dixit filio suo diabol⁹ te auferat. ⁊ mox visibilit̃ eũ abstulit. Nota de ep̄o qui dixit famulo suo. diabole veni extrahe mihi caligas. De q̄ dicit Grego. i dyalogo ꝙ mox ligule crocitabãt

¶Tertia doctrina Queadmodũ officiũ boni angeli est hortari ad dei amorẽ ⁊ cognitionẽ ei⁹. Per oppositũ officiũ diaboli est ab amore dei euertere ⁊ ad oẽm stultum errorẽ ac idolatriã ꝯuertere. Et h̄ grandis taceť loquẽdi materia d̄ his q̄ alios ad bonũ ducũt ⁊ de illis rep̄hendẽdi q̄ alios ad malũ ꝑsuadẽt. Tales noiandi sunt diaboli: sicut sunt illi ⁊ ille q̄ delectant̃ facere peccare dictis aut factis pueros/ q̄ angelorum

habere deberet puritatē. Quid fiet de his
hoībꝫ? Erūt cū illis quoꝝ exercuerūt offici
um. vel cū inimicis. Boni angeli adhor/
tant deū amare sicut seraphin. Cognoscere
sicut cherubin. se humiliare sub eo ꝛ illi se/
dem ꝯstituere sicut throni. ꝛ sic de alijs an
gelicis officijs. E diuerso mali nūq̄ erunt
alicubi, q̄m peccare faciāt verbo aut facto
modo possint.

¶ De p̄lijs inimici in particulari.

Postq̄ diximꝰ in generali de p̄lijs. modo
obmittēdo multas materias de qbꝫ ꝑa fie/
ri possent tā de bonis angelis q̄ de malis. vt
de trib' hierarchijs. De bonis angelis que
nouē ꝯtinēt ordines. De eoꝝ officijs ꝛ exē
plis q̄ sunt in sancta scriptura ꝛ alibi i san/
ctoꝝ histoijs. Quō ꝛ quo pacto ꝛ q̄ varijs
modis boni angeli adiuuēt, ꝛ mali obsint.
Immorabor dicere aliquos modos speci/
aliores de p̄lijs inimicoꝝ. q̄ quidē p̄lia ten
tatōes appellamꝰ. Reperio qdā p̄liū ini/
mici tenebrosum, fictū ꝛ mēdax, inuolutū
ꝯplexū ꝛ scrupulosum seu ambiguū. Im/
portunū ꝛ subitū. Durū ꝛ longanime. Im
mundū ꝛ spurcū. Obscuꝝ ꝛ tenebrosum p̄
A liū c̄ ꝗ cū inimicꝰ finē celat bonū adducēs
qd suscipit faciendū, aut malū qd omittit.
sicut piscis capit hamo vel perdix filo.
Hortari ad religionē vt quis sit apostata.
Hortari ad p̄dicandū vt q̄s efficiat supbꝰ.
Hortari ad ꝯfessiones audiēdas vt q̄s la/
batur ad carnalitatē vel curiositatē. Hor/
tari ad vitā ꝯtemplatiuā ad cadendū in he
resim aut frenesim. Hortari ad elemosynas
elargiēdas vel eccl'ias fundādas. ad caden
dum in paupertatē Et deinde vt q̄s sit īpati
ens, aut spoliator raptor vsurariꝰ vel aua/
rus. Hortari ad corrigendū alterū. ad dan
dum scandalū alteri. Hortari ad tacēdum
vt q̄s sit culpabilis de malo alterius cū eū
corrigere deberet. Hortari ad bñfaciēdū
in publico ad se glificandū vel ꝓpter hypo
crisim. Hortari ad p̄laturā ꝛ magnū statū
ad decidendū in mille pericula. ¶ Hortari
ad sciendū vt cadat in curiositatē ꝛ de curi
ositate in supbiā aut in carnalitatē cū initi
um aut caput cogitatōis pulchꝝ videt ꝛ si
ne malo. sed in cauda iacet venenū.

¶ Primū remediū est p bonū angelum.
Bonꝰ em̄ angelꝰ illuminat ꝛ finē ostēdit p
se vel p alterū. Danielis. x. Dicit Michael
B Egressus sum vt docerē te. ¶ Secundū
remediū, est nihil incipe absq̄ cogitatione
ad quē finē deueniri possit ꝛ p que media si
ue sit in cogitatiōe siue verbis siue in factis.
Quemadmodū dña nostra statim cogita/
bat qualis esset sua salutatio. Exemplū de
Raphaele q̄ iuniorē Thobiā docuit ad q̄d
valerent oīa hec que faciebat. ¶ Preliū
fictū ꝛ mendax est cū inimicus facit de bo/
no apparere malū ꝛ de malo bonū. Sicut
piscis capitur esca ꝛ rattus lardo. ꝛ sic bi/
bitur venenū cū vino aut sicut timor incu/
titur lepori p pēnas volutātes ad cadendū
in peius. aut sicut bibendo aquā alicuius
fontis, simul bibunt venenose bestiole. Est
differētia huiꝰ tentatiōis ad aliā: q2 in alia
non est p̄ns malū nisi in fine: hic ꝟo maluꝫ
coopertū est de p̄nti cū spe boni, quēadmo
dum serpēs latet in herba viridi aut inimi
cus intelligere dat hominē habuisse prius
aliquā intentionē quā nō habuit ꝛ mentit
sibiipsi. ¶ Arrogātia ꝛ despectus fingit
q sit ad honorandū statū suū ꝛ ꝓficiendū
alteri. Pusillanimitas fingit q sit humili/
tas. Pomposus vestitus fingit libertatem
esse benedicere aut benefacere. Hypocrisis
fingit q sit cautela celare se ad nō nocendū
alteri. Aperta malicia fingit q sit humili/ C
tas sine hypocrisi. Correctiōis excessus et
vindicta fingit se esse iusticiā. Pigricia ꝛ ne
gligentia ꝛ corrigēdi timor fingit se esse mi
sericordiā. Inuidia ꝛ detractio fingit q sit
sancta pulsio ꝛ p vtilitate boni cōis, vt ma
li cognoscant ꝛ vnusq̄sq̄ sibi ab eis caue/
at. In oībꝫ rebꝫ dissimulatio discretiōem
se fingit esse. Adulatio q sit fauor aut di/
lectio. Ociositas fingit q sit sapia ꝛ caute/
la ꝛ securitas ꝛ humilitas. Mūdana occu
patio fingit q sit pulsio p bono ꝓprio ꝛ ali
eno. Stulta p̄digalitas fingit q sit liberali
tas ꝛ elemosyna. Familiaritas ꝛ simultas
fingit q sit amicabilitas. Stultū gaudiū
sanctā fingit deuotiōem. Tristicia cōpun/
ctionē fingit aut ꝯtritionē. Stulta abstinē
tia pulchrā pn̄iam. Gula, sapiēs guberna/
men ad cōtinuādū dei seruitiū. Illusio re/
uelatiōꝫ aut sanctā fingit inspirationē: vt
inimicꝰ oñdit se in forma Iesu xp̄i sancto
Martino ꝛ alijs. Cor volitās huc et illuc
fingit q sit p indulgētijs ꝛ pegrinationibꝫ
Et vt breuit' dicat nullū est viciū q̄n vestia
tur aut coloret aliq̄bꝫ ꝟtutibꝫ. Sz etiā p op
positū inimicꝰ apparere facit si hō cogitet
de ꝟtutibꝫ ipas esse vicia, vt impediat ne fi
ant sicut de libertate, in bñdicēdo ꝛ facien

do bona sine mūdano timore. quā dicit esse
D sup̄biā. Remediū est diligēter examinare i
tentionē suā ꝑ se ⁊ ꝑ alterū ⁊ ꝯuerti ad deū ⁊
bonū angelū ei⁹/ orādo in generali vt deus
semꝑ exaltare velit vel exaudire principalē
sue intētionis radicē/ que esse debet vt ꝑso
na placeat deo in cūctis factis suis/ euitā
do peccatū quocūq; hoc fuerit modo. Co
gitandū est etiā ꝙ semꝑ cū grano virtutis
germinat ⁊ crescit alicui⁹ vanitatis palea.
Granū tn̄ bonū est ⁊ retinendū. Palea ꝟo
reijcienda ꝑ purgatoriū instrumentū peni
tentie. ⁊ cōburenda ꝑ ignē charitatis. Eni
ti ex se producere grana virtutū solū ꝓ hac
vita esset supuacaneū/ ⁊ causa in desperati
onē cadēdi ⁊ de desperatiōe in stultā p̄sum
ptionē. Exemplū de pluribꝫ de quibꝫ legi
mus. sicut de Platone. Dyogene. ⁊ quibus
dam alijs ph̄is. Uelit de⁹ vt ꝑ bonā hūmi
litatē nostrā cognoscam⁹ fragilitatē. ⁊ suf
ficit habere talē securitatē ꝑ bonā intentio
nem sic haberi potest ꝑ bonā ⁊ diligentē ex
aminationē ¶ Preliū anceps inuolutū aut
scrupulosum est/ cū ꝑsona videt vndiq;
q; incōmoda ⁊ mala. ita vt exitū ꝯuenien
tem ignoret nō faciēdo aliqd̄ peccatū. Et
nominatur ꝑplexitas. Et accidit interdū ꝑ
dubitatiōem iuris. Interdū ꝑ dubitatiōem
vel dubiū facti in se qualis sit. Interdū per
ꝯditiōem ꝑsone in se. Exemplū/ iurabis te
E rē aliquā facturū que tūc aut postea ad ma
lum vertet. Si eā facis peccas. si eā omit
tis es piur⁹. Remediū. Nō facies eā nec d̄
nouo eris piur⁹. sed ꝓus stulte iurare potui
sti Secundū exemplū. vouebis ingredi re
ligionē aut ꝑegrinari aut elemosynas da
re vel seruare ꝟginitatē aut aliqd̄ sile. De
inde venies in tp̄s locū etatē aut statū. in q̄
votū tuū reddere ⁊ ꝑficere nō potes. Rn̄sio
De⁹ nō obligat ad ipossibile/ cū q̄s ad eum
reuertit. P̄niam age de negligētia. ⁊ de resi
duo fac qd̄ potes ꝑ ꝯsiliū. Tertiū exemplū
Eris in aliq̄ societate aut seruitio in q̄ si ꝑ
māseris eris quotidie i ꝑiculo ꝑdēdi casti
tatē tuā aut bonā famā. Si abscedas non
habes vn̄ viuas/ aut offendes hos q̄ tibi es
se debēt subsidio. Rn̄sio. Hō magis obligat
amare aīaz suā q̄ corp⁹ vsq; ad corpis mor
tem. Quartū exēplū. Efficieris p̄sbyter vl'
curat⁹/ nec scies horas tuas neq; eas pote
ris addiscere. Rn̄sio sic ad scdm. Quintū
exemplū. Duces in m̄rimoniū feminā q̄ de
inde dicet se esse ex tua ꝓgenie/ vel se nunq̄
ꝯsensisse tuo m̄rimonio: vl' male aget cum
aliquo de ꝓgenie tua ꝓpinqua. Et etiā sic
de muliere respectu viri. Rn̄sio. Petes ꝯsi
lium/ nec cito credes hmōi ꝟbis aut talibꝫ
allegatiōibꝫ. Sextū exēplū. Habebis ma
gnum statū siue fuerit in ecclīa siue in reli
gione siue in seculo Cognosces postmodū F
oīe qd̄ habes male acq̄situ/ vel a te vel ab
alijs/ si renūcies oībꝫ/ pauꝑ es ⁊ mēdic⁹:
sil'r ⁊ vxor tua ⁊ filij. ⁊ eritis in verecundia.
Si retineas alienū absq; h̄ vt reddas/ nō
es vt videt in statu salutis. Rn̄sio sicut ad
tertiū. Septimū exemplū. Tu iuraueris te
feminā aliquā in vxorē ductuꝝ. si in p̄mo
ꝟbo tibi veritatē dixerit/ nō aūt aliter. ipsa ti
bi dicet: tu me nō duces in vxorē. Si eam
ducas: ipa tibi falsum dicit. ⁊ sic eā ducere
nō debes. Si eā nō ducas: ipa dixerit veri
tatē: ⁊ sic eā ducere deberes. Rn̄sio. Uir nō
ducet talē vxorē: qz ipa falsū dixit quicq̄d
femina fecerit. Declaratiōem relinquo do
ctis. ⁊ etiā illa ꝯsideratio est ꝯ naturā m̄ri
monij. Octauū exemplū. Plures res feceris
⁊ forsitan nō meministi modi aut intētiōis
quā habebas nisi ꝯfitereris. Et si dicas te
fecisse talē rē: exponis te ꝑiculo dānatiōis.
Rn̄sio. Cōfiteberis sub ꝯditiōe ac si fecisses
hmōi rem ⁊ ꝑ talē intētionē. Nonū exēplū
Petis ꝯsiliū a multis doctis. Hi quidē ti
bi vnū dicūt. illi aūt alterū. Quid facies? Re
spōsio. Humiliabis in p̄mis te corā deo et
sanctis s̄m totū posse tuū. Deinde q̄res ꝯsi
lium a duobꝫ q̄s tu ⁊ alij doctos iudicaue
rint. ⁊ qd̄ tibi dicet credes secure. Nec am
pli⁹ alibi inuestiges. Querere enī tāta cōsi
lia solū est inuolutio. Et ꝓuenit aut ex sup
bia vt alij fides nō adhibeat. Aut ex curio
sitate. Ceteris paribꝫ p̄latus tu⁹ aut curat⁹
p̄ferri debēt. ⁊ illis fidē debes adhibere ni
si manifestā cām haberes i ꝯtrariū eis non
credēdi. Nota de his q̄ sp̄ dicūt se nō bene G
ab alijs itelligi. Alij hn̄t malū aliud qd̄ ꝓ
pter ꝯditiōes diuersas est celatū. vl' tam di
uersa ꝯsilia i vna eadē q; materia: ⁊ vnūqd̄
q; eoꝝ bonū est. vl' interdū ꝓpter interrogā
tis peccm̄ de⁹ ꝑmittit vt malū detur ꝯsiliū.
Decimū exēplū. Feceris pctm̄ in cogitatiōe
vl' opibus in ꝑu̇l' mis ⁊ abhominabilibus hu
iusmodi pctā p̄lato tuo ⁊ curato ꝯfiteans:
scis eū ex hoc peiorē futurū. si non cōfitea
ris: non absolueris. Responsio. Petes facul
tatem a curato tuo alibi ꝯfitendi. si non de
derit nihilominus ibis. Undecimū exēplū

Habebis in omnibꝫ factis tuis dubitatiões
⁊ ꝯsciétie scrupulū ne facias malū. Si i ta
li dubio operer᷑ ponis te in piculū pcti fa/
ciendo ꝯtra ꝯsciam/si nihil facias. pariforr
miter te sepi⁹ dānas. Rñsio. Capies ꝯsiliū
⁊ ei credes ⁊ facies sepe ꝯtra hmōi scrupu/
lum. vincesqꝫ ꝑpriū iudiciū in alteri⁹ iudi/
cio. Duodecimū exēplū. Es p̄sbyter ⁊ mul
toꝝ audies ꝯfessiones. aliqui tibi certa di/
cent peccata ꝑ que cognosces pctā aliq̄ruꝫ
alioꝝ qui nihil tibi in ꝯfessione dicēt. Ue/
rum illa negabūt/q̄d facies: Rñsio. Nō re
uelabis alteꝝ de sua ꝯfessione nisi fuerit ꝑ
ꝯsensum ei⁹ expssum extra ꝯfessionē factū.
Et quo ad illos q̄ sic celāt facies diligētiā
. dicēdo ꝙ diligēti⁹ ⁊ sepi⁹ cogitent. vel eos
D alibi mittes vel ptestaberis dicēdo tuā ab/
solutionē nil valere si celet᷑ pctm̄. nec esse in
tentionē tuā aliā. ⁊ monstrandū est quomō
si aliqđ pctm̄ p̄terito tpe fuerit celatū/nun
q̄ꝫ sic celās bene fuit ꝯfessus post hoc: sꝫ ob
ligatur a nouo integre ꝯfiteri. Tertiūdeci
mū exemplū. Eris in missa tua vel corā al/
tari ad recipiendū corp⁹ dñicū. dubitabis
de aliquo peccato an hm̄ ipm̄ fuerꝭ ꝯfessus
quid facies: Est eīm ex vna pte modus vere
cundie ⁊ scandali abire. et altera ꝑo parte
periculū indigne recipiēdi corpus dñicuꝫ.
Remediū. Habebis displicentiaꝫ in corde
tuo ⁊ ꝑpositū ꝯfitendi tam de pctō q̄ꝫ de ne
gligētia ⁊c. ¶ Preliū importunū ⁊ subitum
fit tribꝫ modis. Uno modo cū inimic⁹ ca/
pit ꝑsonā: vt in aperto tentādo de aliq̄ pec
cato a quo cauendū esset. Aut ꝑ nouū mo/
dum hinc euenit q̄nqꝫ ꝙ inimicus nō cessa
bit tentare vsqꝫ ad tres vel quattuor annos
vel vsqꝫ ad finē. Propter hāc causaꝫ reme/
dium est/semꝑ suimetipsi⁹ habere custodiā
vbiqꝫ/quēadmodū cattus obseruat in gra
nario ne mus veniat. qđ si venerit/subito
eum capiat. Pari modo facere debet aīma
nostra de omībꝫ malis tentatiōibꝫ. nec quis
q̄ꝫ reputet se vnq̄ꝫ in hac vita sine certis es/
se tētationibꝫ. nō eīm tentari est vna ps ten/
tationis ꝑpter supradictā causam. Exem/
plum de auibꝫ q̄ non ꝑcipiūt laq̄os aut glu
ten nisi cū volare tentāt. Hoc bellū fit iter/
dum ꝑ subitā alicui⁹ tentatiōis p̄sentatiōꝫ
post aliā tentationē. vt si vna nō vincat. sal
I tem vincat altera. Et ꝑ hoc vult inimicus
ꝑsonā facere excedere vl᷑ in nimio vel i pau
co quecunqꝫ res incipiat᷑ ab ea. Et ꝑ gene
rali malo superbia semꝑ conat᷑ intrare. Ex
emplū de diabolo qui apparuit Macha/
rio heremite. Qui quidē diabolus erat ve/
luti onustus paruis lampadibꝫ vel fialis.
Que respondit esse diuersa tentationū po/
cula. ⁊ cū aliqui monachi refutarent vnuꝫ
p̄sentabat alteꝝ/quoadusqꝫ tandē vnū pla
caret Remediū est sumere e diuerso delecta
tionē in bonis diuersis operibꝫ. modo in
vno modo in altero/si aliter non inueniat᷑
spūalis delectatio. Quāuis bona ꝯstantia
⁊ in aliquo statu firmitas melior esset ⁊ stu
diosior. Aliter etiā fit hoc preliū respiciēdo
locū debilioꝛē ⁊ est generaliter locus ī quo
magis possum⁹ amorē nostrū ꝑpriū/mun/
danum/sensualē aut carnalē. Siue sit ī de
siderio laudis aut pacis corporalis. siue in
timore diffamie vel laboris. siue in ardenti
cuiuscūqꝫ rei amore/quātūcūqꝫ parue quā
inimicus conabit᷑ tollere. Tūc videtꝭ quō
aliqui se ꝑ nihilo affligūt/sepissime ⁊ inter/
dum pl⁹ q̄ꝫ pro re que millies melior est Et
ꝑ hoc cognoscit homo vbi sua sita est infir
mitas vel inordinata affectio cū ventū fue
rit ad hoc ad aliquid accipiendū aut tollē/
dum. Persona reputabit se humillimā: di/
centur ei vituperatiōes alique eā mox vi/
debitis inflāmari ⁊ irasci. Remediū est pre
stare coꝛ suū rebꝫ transitorijs non donare. R
Hoc est ꝙ quis rep̄hendatur cū voluerint
rep̄hensores. Nota historiā de sancto Hie
ronymo qualiter angelus eū verberauit qꝛ
nimis studebat in libris gentiliū. et ex alte/
ra parte quō post tentationē carnalē in de/
serto ꝯsolationē habebat angeloꝝ. Nota ꝺ
hominibꝫ q̄ seipsos iustificāt veluti si nun
q̄ꝫ tentarent᷑ de luxuria. ¶ Preliū durum et
longanime est cū inimic⁹ in paruo tpe vin
cere nō pōt sꝫ suā ꝯtinuat in dies ⁊ i horas
tentationē. Ut tandē vincat ꝑ fastidiū exꝑ
ĳciat hominē ī desperationē vt a deo relin
quat᷑. Exempliū de luxuria/que semꝑ tētat
aliquos hoīes. Auaricia alios. Ira ꝑo ali
os s̄m status ⁊ affectiones ⁊ p̄cipue homi
nes ociosos qui non confidunt in deo. De
sideria occidunt pigrū. Remediū ꝯtra hoꝛ
ribilem hāc bestiā ⁊ periculosissimū preliū
est cōstantia/longanimitas ⁊ perseuerātia
iudicando semꝑ ꝙ quātumcūqꝫ tarde de⁹
tui miserebit᷑ ⁊ succurret. Exemplū de san/
cto Petro qui vsqꝫ ad occisionis temp⁹ re/
mansit in carcere. Hinc angelus ei succur
rit quia habuerat semꝑ spem in deo firmā.
. Et nota moraliter loquēdo de vno pctōꝛe

qui erat in tenebris ignorātie. Cathenat⁹
impatiētia. Dormiens ꝑ negligentiā. Ma
la cū custodit societas. Cathena quedā ei
pendet in collo ne cōfiteri possit. Et altera
L in manib⁹ ne bene valeat operari. Angelus
eum ferit ⁊ illuminat ꝑ inspirationē et ad
uersitatē. Judicando etiā ꝙ si ista tentatio
nō esset veniret fortassis alia multo fortior
Exemplū de moniali que desiderabat libe
rari a tētatione carnali/et cecidit in aliā pe
iorem/de qua dicā in sequentib⁹. Aliud re
medium est cogitando ꝙ homo nō peccat
quātūcunq̃ sit in tentatiōe longa ⁊ duran
ti: si illi nō placeat tentatio. immo hꝫ ma
gnum meritū. Exemplū de fido sodali qui
nunq̄ dicebat malū hoc verbū/ reddo me
victū quātumcūq̃ esset in terrā ꝓiectus et
vulneratus vndiq̃ sed reclamabat ꝑ signa
cū non posset ꝑ verba. Ideo oramus deū
nō ꝙ nō tentemur sed ne cōsentiam⁹ tenta
tionib⁹. Peius in hac tētatione lōganimi ē
ꝙ sepe inimic⁹ ponit ante oculos semꝑ sta
tus alioꝝ hoīm quib⁹ meli⁹ succedit ⁊c̄. Re
mediū est cogitare ꝯtrariū: ⁊ nō ad hoīum
opinionē: sꝫ ſm deū ⁊ rōnem. ¶ Preliū im
mundū ⁊ spurcū est qn̄ ꝑ inimici suggestio
nem spurce veniūt cogitatiōes cōtra deū
aut sanctos ⁊ sanctas ei⁹. Persona ipa que
hec patiẜ inuita: sed est ad incutiendū ei ti
morem. vel vt ponaẜ in dubitationē maxi
mam. ⁊ de dubitatiōe in casum. Remediū
est ꝙ ꝑsona nihilipendat: ⁊ h̄ rideat. Quā
uis em̄ tales experiaẜ tentatiōes/ ipa nō cō
sentit. q̄to em̄ plus inuolueretẜ illis: tanto
magis irasceretẜ. Exemplū de paruis cani
bus q̄ allatrant eos q̄ ꝑsistunt ⁊ cessant cū
eoꝝ nō curaẜ latratus. Aliud ꝑ̄luū immun
dum ⁊ spurcū est tale interdū ꝙ ſm dictū
sanctoꝝ patrū aliqui inimici nō dignātur
tentare ꝓpter memoriā ꝑfecte eorū nature.
Alij ꝟo inimici tentāt ꝓpter vnā triū cau
sarum. Aut q2 est horribili⁹ corā deo pctm̄
⁊ qd̄ grauiorē in hoc mūdo ⁊ in altero me
retur damnationē. Aut q2 semꝑ facile fieri
possunt hmōi peccata sine verecūdia et ti
more mūdi. q̄uis aliquādo h̄ sciaẜ. Aut est
quia sic peccātes nolūt ⁊ fere nunq̄ possūt
plene ⁊ ꝑfecte ꝯfiteri. Innocētes em̄ loqui
non audēt quasi in ꝯfessiōib⁹ vt interrogēt
eos qui sunt culpabiles. ⁊ bene hoc scitur.
Remediū est recurrere ad deū ⁊ nihil cela
ri patri suo spūali. Et se obligare ad certas
penas corꝑis aut fortune/si quis relabaẜ.

Modo ista obligatio fiat discrete ⁊ ꝑ ꝯsil
ium taliter vt cōpleatur. Postremū ꝑ gene
rali remedio cogitem⁹ ꝙ inimici nō habēt
vllā potestatē in nos in bello hoc spiritua
li nisi inq̄tum volum⁹ ꝓpria vti voluntate
dei obmittēdo voluntatē. Nihil ḡ est quod
nos faciat supari nisi ꝓpria voluntas/aut
amor suijpsi⁹. qn̄ scꝫ desideranẜ/honores di
uitie vel voluptates/aut aliter q̄ de⁹ vult.
Sed nos dimittere deberem⁹ hūc ꝓpriū
amorē in reb⁹ transitorijs ꝯsiderādo mortē
⁊ finē mortis nostre. ⁊ ꝙ ipse faciet preliū
tunc inimicoꝝ ꝯtra animā nostrā cum fue
rit circūdata/⁊ vndiquaq̃ ꝑ ipos inimicos
accusata. Ualde miserabilis erit ⁊ desolata
si boni angeli ad ei⁹ non fuerint subsidiū:
sed nō erunt si eis in hac vita nō crediderit
Nota quō sanct⁹ Johānes elemosynari⁹
timebat accusationē que futura esset illi de
oīb⁹ peccatis mortalib⁹ ꝑ inimicos. Sā
cta ꝟo anima nō habebit ꝯfusionē/cū in h̄
transitu mortis suos alloquetur inimicos
Quare: q2 boni angeli erūt potētes defen
sores ⁊ cōductores ei⁹ ad thronū vsq̃ diui
ne maiestatis. Ubi ipsa coronabiẜ propter
victoriosum preliū/in quo superauerit ini
micos suos. Ad hāc coronā ⁊ gloriā nos
ꝑducat pater filius ⁊ spūssanctus Amen

¶ Sermo de festo omniū sanctoꝝ fact⁹
ꝑ magistꝝ Johem gerson.

r Egnuꝫ celorum vim patiẜ ⁊ violēti rapiunt illud.
Matth. xi. Nos q̄ sum⁹ in carce
re in captiuitate ⁊ in exilio mortalis huius
mūdi extra ꝑ̄ncipalē patriā nostrā. extra ci
uitatē ⁊ ꝑadisi regnū ad qd̄ ꝑuenire tēdim⁹
⁊ tendere debem⁹. q2 ſm aplīn ad Heb. xiij.
Nō habem⁹ hic manentē ciuitatē sꝫ futurā
inq̄rim⁹. Jō debem⁹ libētissime audire ver
ba fieri de illa pr̄ia ⁊ regno ⁊ his q̄ iā illuc
ꝑuenerūt. Assimilemur bono ꝑegrino q̄ di
ligēter inq̄rit ⁊ audit viā ꝑ quā est iturus ⁊
modū euadādi ꝑicula/ tranatatiōes ⁊ deui
atiōes exēplo ꝓphe q̄ ꝯquerēdo interroga
bat. Quis deducet me in ciuitatē munitā?
Uidem⁹ q̄tidie ⁊ audim⁹ tot res q̄ nos re
trahūt a bn̄ ambulādo ad ꝑtingēdū regnū
h̄ eternū. Audiam⁹ modo modico tpe aliq̄
q̄ nos possint attrahere. Quō em̄ ad regnū
h̄ ꝑueniem⁹ si ipm̄ nō cognoscam⁹: Quō
cognoscem⁹ ⁊ sciem⁹ viā nisi didicerim⁹ ⁊c

audiēdo de ea loq̄: Quia fides ex auditu ē
ad Roma.x. Qū pon⁹ audire loq̄ debemus
q̄ mō: In hac solennitate q̄ dedicata est ꝛ
ordinata i honorē oīm inhabitatoꝝ huius
regni. Dñs nr̄ nos docet ꝙ panis spūalis
q̄ sustētat aīam ne in via hui⁹ mūdi defici/
at est verbū dei. Deut.viij. ꝛ Matth.iiij. Et
panē hūc singulis dieb⁹ postulam⁹ dicētes
Pater nr̄ ꝛc̄. Jō mirandum nō est si hi qui
A ipm recipe nō curāt aut q̄ ſmonē audire n̄
possunt tā breuē q̄n sit plu⁹ nimiū/defici/
ant ꝛ moriant̄ in via p pcti mortal̄ egritu/
dinē. Ut ḡ fructuose ꝛ deuote audire possi/
mus ꝯuertemur ad te ✝go hui⁹ regni regi
na/supplicādo vt nob̄ impetres grām. Et
nos te salutabim⁹ angelica salutatōe dicē
tes Aue maria ꝛc̄. Regnū celoꝝ vim patit̄
ꝛc̄. Si meditemur vt dic̄ sanct⁹ Grego. in
omelia/quale gaudiū i regno celoꝝ nobis
ꝓmittit̄/omēs terrenas res viles esse repu/
tabim⁹. Diuitie eīn ꝛ gaudiū h⁹ mundi cō
paratū ad felicitatē ṗadisi solūmō est displi
centia ꝛ grauamē. meliusq̄ꝫ debet vita pñs
mors noīari q̄ꝫ vita. Defect⁹ eīn miserie et
mala q̄ quottidie patimur in fame siti egri/
tudine ira ꝛ īnumera displicētia/solū sunt
ꝓlixitas quedā ꝛ mortis mora seu dilatio.
multoq̄ꝫ poti⁹ lugēdū esset sepenumero ci
to mori q̄ꝫ adeo miserabiliter languere intā
tum vt m̄lti seipos volūtarie occiderūt. De
quo recitat Valeri⁹. viij. li.c.ix. ꝙ orator q̄/
dam Hesegi⁹ nūcupat⁹ tā ꝓprie ꝛ viuacit̄
hui⁹ mūdi declarabat miserias vt multi se
ipsos volūtarie occiderēt ad eas euadēdas
Quēadmodū legit̄ de Theproto ꝛ Charo
ne. nōne dicebat excellēs rex Dauid q̄ erat
adeo potēs in hoc mūdo. Heu me quia in
colatus me⁹ ꝓlōgatus est. Jncolatus: id ē
mora vel expectatio. Et Paulus ad Rom̄.
ṗmo. Jnfelix ego homo quis me liberabit
B a corpore mortis hui⁹: Miseria igit̄ huius
mūdi talis est tā generalis ꝛ ꝯtinua vt nul
lus sit homo viuēs si cogitare velit qui per
agat diē vnū integrū sine aliquo malo aut
displicentia habēda. Et cū hoc est breuissi
ma ꝛ incerta. Sꝫ quis est hic (ait sanctus
Gregori⁹) q̄ sufficiēter dicere possit aut re/
citare gaudiū ciuitatis ṗadisi Jntrare soci
etatē angeloꝝ. Uidere deū dñm nostruꝫ fa
cie ad faciē/ nihil mali timere/viuere semp
sine corruptiōe. sine egritudine. sine afflicti
ctione habēdo pacē sine discordia. amorē
sine odio. scientiā sine ignorātia. gl̄iam abs

q̄ꝫ diffamia. habere corpus agile clarum et
lucens. ꝑfusuq̄ꝫ anime volūtati obtēperās:
Et breuiter habere tāta bona ꝙ ſm Esaiā
prophetā Esa.v. (Et allegat sanctus Pau
lus ad Chorin.ij.) Nec oculus vidit nec au
ris audiuit nec in cor hominis ascēdit que
ṗparauit deus his q̄ diligunt eū. Omnes
homines feliciter viuere volūt. sed nō acq̄
runtur magna bona, nec ṗmia magna sine
magno labore. Est cōmune ꝓuerbiū. Nul/
lus bonū habet nisi ipm cōparet. Et ō hoc
dicit sanctus Paul⁹. ij. ad Thimo.ij. Non
coronabit̄ nisi qui legitime certauerit. Pro
pterea saluator noster Jesus christus nos
cautos reddit ō hoc. ꝛ nos hortat̄ p verba
ꝓposita ad laborandū vt paradisum acq̄/
ramus/dicēs ꝙ regnū celorū iocundū acq̄
ritur p penā ꝛ vigorē. Et si nobis nō dicat
aliā miseriā q̄ꝫ moriēdi timorē. ꝛ de hoc qꝺ
nescitur quo aīa ꝑueniat/in paradisum vel
in infernū: est tamē ingens fremit⁹ magn⁹
timor ꝛ horror. Ob hanc causam cōpara/
bat Job vitā pñtem milicie. Job.vij. Mi/
licia est vita hoīs sup terrā. Sicut etiā dic̄
Seneca Neronis ṗceptor in quadaꝫ eplā C
ꝙ viuere est militare. Sicut miles nō asse/
quitur honorē victorie absq̄ꝫ laborando et
ꝯstanter ꝑliando/immo irridet̄ miles q̄ vo
luptuose viueret/pedē ad ignē calefaciēdo
si existimaret se habituꝝ honorē ꝑlij/quem
admodū aliquis alius qui debitū suū fecis
set. Sic nō habet homo quisq̄ꝫ paradisuꝫ
p hoc qꝺ dicit volo ipm habere viuēdo de
licate ꝛ omēs sumēdo voluptates. Cōgru
it ipm mereri ꝛ acquirere velut p fortitudi
nem. Quia (vt dicit Paulus ꝛ Barnabas)
Per multas tribulatiōes oportet nos itra
re in regnū celorū. ij. ad Thimo.iiij. Omēs
qui pie volūt viuere in xp̄o iesu ꝑsecutionē
patiant̄. Ergo o anima deuota q̄ vis ꝛ vel
le debes acq̄rere tuā felicitatē/tuū regnum
tuā gl̄iam/ꝛ euadere horribilē ꝛ ꝑpetuū in
ferni carcerē/opus est te esse strenuā ad exē
plum bñdictoꝝ sanctoꝝ ꝛ sanctaꝝ paradi
si qui tāta martyria/ꝑsecutiones/penas/et
afflictiones in vita eorū habuerūt/quēad/
modū veri armigeri ꝛ boni milites. Opus
est vt tuo credas imꝑatori /qui dicit illud.
Querite regnū dei ꝛc̄. Scire eīn debem⁹:
ꝙ humani generis inimicus ac deformis
ꝛ abominabilis filius ei⁹/peccatū/cū per/
uersa eoꝝ societate cū vident deuotā aīam
tendere ꝛ adire celorū regnū conant̄ ipsam

ipedire/ z incessanter ei faciuit mille z mille modis duros crudelesq3 insultus/ sic experientia doc3/ z complures doctores scripserunt in eoꝝ libris poetice z aliter. Sic Hilarius in suo anticladiano. Prudentius in psicomachia. aliiq3 plures in quibus admodũ pulchre speculatõis z placẽtes materie ad p̃dicandũq3 vtiles inueniunť/ vel sub metaphora peregrini vľ militis vľ agricole vel regnãtis. Attamẽ impñsentiaꝝ hec omitto voloq3 restringere dicta mea ad certa puncta: qꝛ ƒm phm ĩ paucioribꝫ via magis zc. Et dico ꝙ inimicus humani generis/ qui eiectus fuit a paradiso p filiũ suũ peccatũ immundũ/ aut vt poete fingunt: ꝙ Jupiter regno expulit patrẽ suũ Saturnũ mittit ad probos z validos dei milites/ q̃ modo sunt in gloria (a qua ipe cecidit p superbiã suam) tres inimicos/ qui nominari possunt latrones viarũ obseruatores. videlicet tyrannidẽ crudelem/ heresim blasphemã/ carnẽ luxuriosam. Et figurari possunt p tres spiritus ranis similes/ qui exibãt de ore draconis. Apocaľ. x. Et cõformiter ad tres illos hostes/ de quibꝫ in prosa. Mundus caro demonia diuersa mouent prelia. Et insidianť tribꝫ viribꝫ anime. Tyrannis irascibili. Heresis rationali. Caro cõcupiscibili. Hoc est dictũ quemadmodũ scriptũ est Apocaľ. x. ca. Possunt referri tres hi latrones ad tres oĩs humane creature inimicos. De quibus canit sancta eccľia in q̃dam prosa. Mundus caro z demonium
R incessanter mouẽt diuersos insultus z crudelia bella cõtra humanas creaturas. Semper insidianť tribꝫ anime potẽtiis. Tyrannis potẽtie irascibili. Heresis rationali/ et caro insidiať potẽtie cõcupiscibili. Siľes applicatiões multe reperiunť in scripturis De his tribꝫ inimicis verificatur apostoli dictum. ij. ad Thimo. iiij. Oĩes qui pie volunt viuere in christo psecutionẽ patiũtur. Oĩes (inquit) qui bene z religiose viuere volunt in hoc mundo/ ƒm Jesum christũ patiunť tribulatiões ac malas persecutiones. Et ad illã intentionẽ dicit hec verba z approprietate inuenio tres status i regno paradisi/ qui vicerũt z superarunt tres illos inimicos/ itinerũ illius regni impeditores z occupatores. Primus est status gl'iosoꝝ apostoloꝝ z martyrũ qui p fortitudinẽ z ceteras virtutes vicerunt crudelẽq3 tyrannidem superauerũt. Secũdꝰ est statꝰ gl'iosoꝝ doctoꝝ p̃triarchaꝝ z pphaꝝ q̃ vicerũt z pstrauerũt blasphemã heresim. Tertius est statꝰ confessorũ z virginũ qui vicerũt z domuerunt luxuriosam carnẽ. Primꝰ p pstantiã. Secũdus p sapientiã. Tertiꝰ p ptinẽtiam. Hi sunt tres status q̃ admodũ debite ordinati sunt in regno/ de quo dicit dñs nr̃ Jesus christus in verbis ppositis. Regnum celoꝝ vim patiť. hoc est regnũ celoꝝ p vim capiť. z illi intrãt qui sibiipsis violentiã inferunt. Et in his tribꝫ punctis tam ad laudem dñi nostri z feliciũ sanctorũ paradisi: quã p nostra instructõne totus noster ƒmo continebiť. Humani generis inimicus videns verã religionẽ z fidei veritatẽ sese diffundere ac multiplicari. Illaq3 mediante S
multos ad saluationẽ tendere/ misit crudelem tyrannidẽ excecatã p ignorantiã idolatrie/ inflammatã violẽto odio p despectũ que principaliter in terrenis hospitabatur p̃ncipibꝫ/ z eos p̃parare fecit z excogitare oĩa tormentoꝝ genera ad vincendã z destruendã bonã amicorũ dei voluntatẽ: z vt eos negare facerẽt legẽ suam z renunciare ei. Aliquos quidẽ tyranni illi lapidauerũt vt sanctũ Stephanũ. Alios viuos assauerunt: vt sanctũ Laurentiũ. Alij positi fuerũt supra ardẽtẽ ignẽ: vt sanctꝰ Vincẽtiꝰ. Alij excoriati sunt vt sanctꝰ Bartholomeꝰ. Alios crucifixerũt vt sctm̃ Petrũ z sctm̃ andream. Et sic de innumeris tormẽtis q̃ i sctõrũ legimꝰ vitis. sicut dicebat sanctus Paulꝰ ad Hebre. xi. Sãcti ludibria z verbera experti insup z vincula. Dicebat apostolus sanctos fuisse passos opprobria/ derisiões verbera ligati fuerũt z incarcerati. Sed hoc nihil valuit. Cõstanter eñi oĩa superarũt Et (qď amplius est) gaudẽtes sustinere infamias z tormẽta p noie dei. Scientes propter hoc paradisi coronã illis esse paratam In ps. Supra dorsum meũ fabricauerũt peccatores. supple coronã glorie. Posuerũtq3 i cordibꝫ eoꝝ verbũ qď in hodierno scribitur euãgelio. Beati q̃ psecutões patiunť ppter iusticiã qm̃ ipsoꝝ est regnũ celoꝝ. Sꝫ queres forsitan quõ fieri potuit ꝙ martyres tã patiẽter z pstãter crudelis tyrãnidis T
sustulerũt tormẽta: Rñdeo bonã voluntatem inflãmatam charitate z amore dñi nr̃i bone spei plenã hoc fecisse. Ne patiaris inquit bona voluntas deuote anime. Ne patiaris ꝙ p paululũ languoris vite tue mortalis eternã amittas vitã. Cogita parũ fe/

bris.parū infirmitatis/aut casum ex impro/
uiso accidentē/te hodie ꝛ cras sine merito
ꝛ gloria emerito auferre posse. Cogita eti/
am altera ex pte qḋ post breue tps et breui/
ter transibit finēq; capiet totū quod crude
lis tyrannis tibi poterit auferre. videlicȝ vi
ta presens Et maximā inde laudē adipisce
ris/glāmq; meritorū sine fine. Solue ergo
sponte mortē deo quā necessario nature de
bes. nec mortē incurras eternā pꝑter tēpo
ralem. Paululū tempis est euadēdi penam
hanc breuissimā. cuius premiū est sine fine.
Considera o anima deuota ad dei similitu
dinem creata: ꝛ precioso sanguine suo cha
rissime redempta Considera ꝛ cogita dn̄m
tuum pꝰs ꝑ te mortuū esse. Recorderis plu/
res voluntariā mortē sustinuisse in prelijs:
aut alibi pꝑter amorē dn̄i sui temporalis:
qui posthac premiū eis conferre neqbant.
Recipe igitur mortē pro iusto tuo domino
qui solet potest ꝛ vult p̄mia post mortē red/
dere. Da illi sponte quod (velis nolis) tibi
auferre poterit in momento. Scias demū
regnū dn̄i nostri per violentiā acquiri et p
V vigorem. Hoc modo aut simili ꝯfortabat
bona volūtas deuota ipsos martyres: quē
admodū bene scriptū est de septē fratribus
in libro Machabeorū/pꝑter quos cōstan
ter sustinebant tormenta ad mortē que ty/
rannis crudelis eis potuit infligere. O in/
numerabil' cōstantia. O inestimabilis pa/
tientia/quis eā sufficienter admirari et lau
dare posset? Recte profecto dicebat Salo
mon. q̄ fortis vt mors dilectio. Cant'. viij.
Verus amor dei est fortis vt mors. O hu
mana creatura merito hic exemplū habes
firmiter deū amandi/suamq; fidē et legem
semp seruandi. Propterea recitat sancta ec
clesia in litteris ꝛ imaginibꝰ sanctorū mar
tyrum victorias vt nos animet ꝛ cōfortet
ad eorū imitationē/quemadmodū Roma
ni faciebāt de strenuis militibus. Quēad/
modū recitat Valerius ꝛ Salustius. Va
lerius libro scdo.. cap̄. j. et. x. Salustius in
prologo. Sed heu ꝛ plus centies/heu ꝑ
nihilo ꝛ sine coactione quottidie deum ne
gamus p mala opera. Relinquimus amo
rem suū propter peccatū mortale nos eum
cōmouemus ꝛ indignari facimus q̄ neq/
q̄ martyres sancti facere volebant ad mor
tem vsq; durissimā ꝛ horribilē sustinēdam
Non patiēter ferre possumus vnū verbuȝ
aut paruū dictū/si ipsum nobis dicat: pa/
rum famis aut sitis precepta ieiunando ie
iunia/parū pene ꝛ laboris/ad faciendo qḋ
deus nobis p̄cepit. Et martyres videmus X
qui ad seruandā legē dei permiserunt sibi
inferri iniurias/irrisiones tormenta ꝛ mor
tem crudeleȝ. Si mihi dicas eos repletos
fuisse gratia dei que eos confortabat. Ve/
rum ais. sicq; tibi fiet si volueris ꝛ in te nō
tenuerit quo minus sic fiat. Sume bonaȝ
voluntatē que est in potestate tua/ꝛ oēs
vinces aduersitates casq; sine murmurati
one vlla sustinebis. vt faciunt nōnulli qui
bus deus videtur iniustus/cū eis non fa/
cit quecunq; ab eo petunt. vel q̄ non tantū
habent honorū sicut maiores ipsis. nec cō
siderant bona que deus eis confert qui sūt
meliores q̄ ipsi sint. Sume bonū liberam
ꝛ nobilem voluntatē/et pedibus tuis sub/
sternas peccatū inmūdū/ac precepta dei
libenter adimplebis/quecūq; pena/quod/
cūnq; malū in corpore aut bonis hinc de/
beat accidere. Tibi precipit ne alios ho/
mies cōtemnas qui sunt fratres tui/ad dei
similitudinē facti/quemadmodū tu obedi
es. Precipit tibi ne erga proximū tuū odi/
um habeas. Illiq; libenter parcas saluo iu
re ꝛ iusticia alterius obedies. precipit tibi
ne in vanum iures, ne peieres/ne subsanne
ris/ne maledicas ꝛ impedias iuxta posse tu
um ne ab alijs simile quid fiat obedies. nō
est equum. non est honor non est nobilitas
adijcere nimis magnum statū et pompo/
sum nimis. alterius quidem ex penis: im/ Y
mo est comedere ꝛ bibere veluti carnem et
sanguinē humanum. Nimis magna ē sim
plicitas se pro alijs damnare/sepe modicꝰ
est amor/deus nouit. Qui facit elemosynā
de substantia pauperū quasi qui immolat Z
filium coram patre suo. Deus tibi precipit
ne sis mendax nec detractor nec illis faci/
le credas qui tales sunt absq; audiendo p
tem alteram. obedies. Non est eīn tam bo/
nus/quin aliquis inuidꝰ aut detractor ip/
sum vituperet presertim cum videt se liben
ter audiri. Ideo dicit Sapiens. Princeps
qui libenter audit verba mendacij omnes
ministros habebat impios. Prouerbiorū
Ter leto sternēdus erat/missa faciamꝰ hec
ꝛ dicamus/vita prima defectibilis est. ho/
Q die rex/cras morit̄. Eccī. x. Secūda vita
diuturnior est. qꝛ p legitimā regalis stirpis
deriuatur successionē. Estqꝫ amabilior pri
ma: qm̄ bonū publicū preſtat priuato. Jn
cuiꝰ signū pnceps bonꝰ corporalē suāꝫ ex/
ponit vitā p ciuilis vite tuitiōe. Exempla
sunt innumera. Tertia vita diuina est ꝛ p/
petua q̄ alijs duabꝫ lōge est pstantior. Nā
(vt dicit Jesus christꝰ) qui grā dei caret nil
habet qd̄ ei cōducat. quid pdest hoī si vni/
uersum mundū lucret̄/anime ꝟo sue detri/
mentū faciat? Matth. xviij. Marci ꝛ Lu
ce. ix. Sed eleuate q̄so paulisper vestre cō/
sideratiōis oculos ad regꝫ filiā/eosqꝫ a me
auertite/statū eius ꝛ cōpositiōem cōtemple
mini. ꝛ pcipietꝫ ↄuenientissime ad eā ptine
re facto ꝛ ꝟbo nobilē hūc clamorē Uiuat
rex. Quare? Uidete medicine facultateꝫ/ q̄
curat ꝛ gubernat vitā corpalē. Uidete phi
losophiā moralē/ethicā/economicā/politi
cam. ī quibꝫ artes ꝛ decreta ꝛ leges tractāt
ꝛ inuenietis his duabꝫ facultatibꝫ vnaꝫ ci/
uilem ꝛ politicā regi ꝛ gubernari. Theolo
gia est magna vite spūalis diuine ꝛ catho
lice gubernatrix. Nemo ḡ regie filie obsta/
re audeat q̄n publice vbiqꝫ dicꝫ. Uiuat rex
Jpa eñi ea est cui ppriū est sp ad pacē indu
cere. quia p Palladē sciaꝝ magistrā figu/
rata est. q̄ quidē pallas nomen athenis cōi
oīm iudicio indidit/ cū mars aut neptunꝰ
illis nomē imponere vellēt. Dictū ḡ fuit ꝙ
qui rem magis pduceret pficientē nomen R
athenis esset inditurꝰ. Pallas itaqꝫ oliuā
germinari fecit in pacis signū. Mars aūt
equū q̄ pliū designabat pacē censuerūt me
liorem. Potest igit̄ dicere vniuersitas/qd̄
Cañ. viij. dr̄. c. Facta sunt corā eo tāqꝫ pa/
cem reperiēs/nec ↄtraria audiant̄ menda/
cia. Si q̄ eā partialē fuisse vellent insimu/
lare ea in materia. Quia nūqꝫ cuicūqꝫ dn̄o
vllos dedit deputatos q̄n fuerit ꝛ sit para/
ta dare cuicūqꝫ volenti tēdere ad bonā re/
gis vitā ꝛ iusticiā. Regie filie munꝰ est tra/
ctare ꝛ docere veritatē ꝛ iusticiā. Seqꝫ ad
iungit. ꝛ adheret cuicūqꝫ qui iusticie ꝛ veri
tatis tuitat̄ ptes. ꝛ in ea intētione vna cum
ipa eiusqꝫ legitimis suppositꝫ viuere ꝛ mo/
ri nō recuso. Et si dicat quispiā q̄d vniuer/
sitatis intersit/q̄n potius studeat ꝛ libros
suos visitat. Est exigua nimiū cōsideratio.
q̄d pdesset sciētia sine opatione? Scientia
abscōdita ꝛ thesaurus inuisus/q̄ vtilitas i
vtrisqꝫ? Non solū addiscendū est vt sciamꝰ
sed vt doceamus ꝛ opemur. Ethicoꝝ. ij.
Si concionator doctor aut baccalaurius
pōt ꝛ debet doctrinā quā didicit (vt alios
instruat) publicare. Regis filia tātis magi/
stris referta/claudet ne os suū? abscōdet ne
lumē suū sub scamno? ꝛ sciam suā in terra?
hoc dicendū est minime thronꝰ Salomo
nis qui regalē significabat potestatē duo S
bus sustentabat̄ brachijs/dextro videlicet
ꝛ sinistro. qui quidē thronus est claꝝ specu
lum qd̄ Uirgiliꝰ fert cōposuisse vt roma p
spiceret: qꝛ ipm oīa mōstrabat. brachiū scꝫ
militare ꝛ ecclesiasticū. Si ḡ miles p iusti/
cia tutāda: se vitāqꝫ suā exponat in prelio.
Brachiū ecclesiasticū in parisiensi vniuer
sitate sinet ne oīa cadere nec ꝟbū dicet? ni/
mis pfecto rephensibilis foret si id faceret
Cōsiderate ḡ quō regis filia tāqꝫ clarꝰ ocu/
lus in h̄ regno posita dr̄: vt om̄ia facienda
puideat/ꝛ veluti custodia in alta turri posi
ta pspiciat ne vllū malū accidat. aut est ve/
luti imago palladis in pncipali turre Tro
iane vrbis: que ꝑliū appellata est: posita. q̄
q̄dē imago si diu durasset/troia interea nō
desijsset. Uniuersitas q̄ talis ē/claudet ne
oclos? tacebit ne? patiet̄ ne auferri aut fura
ri? vbi eēt filie pr̄i subiecte fidelitas? vbi eēt
timor: pene quā p Ezechielē ꝟ sibi ꝛ ↄ vi
cia tacētibꝫ minat̄ deꝰ Ezech. xiij. Plutar
chus hō vnicꝰ ausus ē imparatori Traiano

gabem illi modū describere: magna cū li/
bertate adijciens. Si tu (inquit) bene re/
gnare desideras in Plutarcho tuū habes
introductorē: sin aliter facere vis liber hic
testimoniū erit te ad imperij destructiōem
autore Plutarcho non pperare. Quare er
go nō potest τ debet similia verba veritatis
magistra regi suo τ dño liberius intonare?
Quid totius diceret francie popul⁹: quem
quottidie vniuersitas p suos subditos ad
patientiā τ bonā obedientiā regis τ dñorū
adhortat. Si non eque bene regi loquere/
tur/ vt sese benigne iuste τ rationabiliter er
ga populū suū haberet: videret adulatōis
τ dissimulatōis factū. nec vnq̃ popul⁹ nos
audire vellet. Demū vniuersitas repsentat
ne vniuersum regnū? Immo p̄o totū mun
dum inq̃tum aduenerūt aut aduenire pñt
Supposita vt doctrinā sapientiāq; acq̃/
rant. Ipsa est tanq̃ vigorosum seminariū
totius corpis publici ex quo hoies nascā/
tur toti⁹ pfectiōis. Ideo debet vniuersitas
p tota francia/ p omnib⁹ statib⁹ quorū ali/
quos ipa habet studētes p amicis omnib⁹
in grauib⁹ existētib⁹ afflictiōib⁹ q̄ huc veni/
re nō possunt: nec dolore eoꝝ interesse la
mentanōi. Debet inq̃ rogare τ dicere Ui/
uat rex. viuat rex. viuat rex. Et ad hoc se be
ne vita ondit pcordia nobilissimi pncipes.
Cū vsq̃ adeo plenariā illi datis audiētiam.
De q̄ grās vobis agim⁹ supplicātes vt pn
cipalē de triplici vita regis materiā benigne
audiatis.

¶De corpali vita regis. Pars prima.

¶Uiuat rex. Primo vita corpali q̄ pporti/
one τ harmonia pgrua quattuor qlitatum
primarū caliditate frigiditate humidita/
te τ siccitate conseruat τ manutenetur. In
quattuor ptrariaꝝ qualitatū disproporti/
one. In corpib⁹ humanis vitalis τ natura
lis corrumpitur cōplexio habendo calorē ni
mium aut frig⁹ nimiū fm q experientia in
firmitatū demonstrat. Accipiem⁹ igit hic
nre supplicatōis pmū articlm q̄ est d regali
psone bono regimie. τ qttuor dicem⁹ con/
siderationes.

Prima cōsideratio

Quantū diligēda ē bona regis sanitas τ vi
ta corpalis tātū nō ē vilipēdēda aut odio ha
bēda regis filia. τ spēalit q̄ ad medicie facul
tatē dicēdo medicos nemi pdesse/ aut quis
alio mō. Medicia ei p⁹ deū eiusq; auxiliū
ea ē q̄ in pmis pdest ob hāc vitā pseruādā.
Ig spermi nō debet tāq̄ nociua aut inutil.

Scd'a consideratio

Boni amici τ fidi subditi sanitatē τ corpa
lē regis vitā pcurare debēt nō alit q̄ ppriaꝝ
oia auferēdo ipedimēta ipaꝝ aggrāuātia aut
ad eā sanitatē habendā nocētia. Etiā si eis
nō oino cordi essꝫ. sic ei vnusq̄sq; fieri in se
velle deberet postularet q3 de facto vt violē
te retineret si p ignorātiā aut alit labi aut se
ledere vellet. Et mlto pl⁹ si a vni⁹ tal vita
toti⁹ regni bonū dependeret. sic agere erga
pncipē aliquē nō eēt resistere aut pīari ei⁹
dictioni aut ptāti/ siue manū i xpm dñi inij/
cere. vez poti⁹ obedire atq; obediētiā pui/
deri veluti si q̄s hēt p infirmitatē toti cor/
pori nociuū. auferet igni aut cultro. Ad il
lud vniri debēt τ puenire oēs regij sangui
nis ppinq̄ores absq; h vt vn⁹ pcedat τ ali⁹
sequat ad male cōplacendū.

Tertia consideratio

Quātūis regia vita corpalis diligent sit q̄rē/
da/ nihilomin⁹ cū hoib⁹ anathematisatis τ
maledictis a d̄o scāq; eccl'ia fides adhiberi
nō dꝫ: nec ad psilia sūt admittēdi. quēadmo
dū sūt sortilegi/ magici/ icātatores τ id gene
ris stolidi hoies τ puersi. Sic ei agere nō
mō nihil eēt pficere vez etiā certis ipedimē
tis bonā regis vitā τ sanitatē ipedire quēad
modū i. iij. pūcto d spūali vita clari⁹ ondet.

Quarta cōsideratio

Ad bonā corpalē regis vitā hñdā pueniēs
essꝫ τ necessariū adiuuāte vita ciuili τ spūa
li (q̄ meliores sūt) q rex sp bona associaret co
mitiua/ saltē prudētū viroꝝ. electoꝝ statuū
bonoꝝ moꝝ/ deo deuotoꝝ τ ad bonū pub
licū fidissimoꝝ. sp bona q̄ ha bonū tenēt lo
cū τ adhuc pl⁹ bonū exēplū. nec adeo regia
vita oppmi aut fatigari deberet sic sepenu
mero visum ē. in grāde regis piudiciū. imo
p̄o toti⁹ regni ob irrationabiles τ onerosis
simas satellitū petitōes. velit de⁹ vt his ac τ
silib⁹ psideratiōib⁹ obseruatis nra exaudiat
orō Uiuat rex. Est h notādū in eo q dici/
sumq; de regia vita dictur⁹: p̄ha ea obs'ua
ri debere i nobilissimi delphini psona pmi
τ veri regis heredis. Est ei tāq̄ vna cū rege
psona fm sapiētis dictū Ecci. xxx. Mortu⁹
est pr/ τ q̄ si nō est mortu⁹. reliqt eñi silem fili
um post se/ pater post naturalē aut ciuilem

mortē in filij sui adhuc viuit psona. Inde
est q pater z mater tantope filios suos i he
reditate aut dominio eis succedere deside/
rant. qd vsqsadeo verū est q mater Clodo
uei burgundie regis (sic enim tūc burgun/
die dux nominabat) sponsa: potiꝰ tres suos
filios mori elegerit q̄ vt includerent/et ab
hereditate secluderent. Sic p eoz auuncu
los de duobꝫ factū est. Tertius vo Clodo/
ueus fuit reseruatus/tūc ambitio crudelis
pditionis mater sine fide sine lege sine p [illegible]
[illegible] z ingenuitate regnabat. Habemus [illegible]
diligentiā Bersabee vt filius suus Salo/
mon pꝰ Dauid regnaret. z sic de alijs. Si
diceret quispiā [illegible] delphinā [illegible]
ciuꝰ ergo reputādus erit [illegible] Re
spōdeq cuiuscūqs iuuētutis fuer. z est verꝰ
heres/z viuit rex in eius psona/totū etiam
regnū vnitū z iunctū est ei p ciuilē alligati
onem tanq̄ naturaliter. inq̄tum consuetu
Z do valet naturā. Consuetudo dico est q re
gnum p legitimā habeat successionē. Et h
principalis phoz fundat ratio qua pbant
regnū meliꝰ p successionē q̄ electionē gu/
bernari. eo q libentiꝰ cōsueto q̄ extraneo
aut nouo dominio pstatur obedientia. In
obediētia aūt totū dominatiōis bonū con
sistit [illegible]
[illegible]
[illegible]
uici de ipo fecit. a qua [illegible] pdierūt bona
q̄uis adhuc [illegible] guber
nacula. Erat [illegible]
sapiētia. potens in suis militibꝫ. iustꝰ in bo
nis suis officiarijs. Inexplicabile est q̄tū
doctrina bona psit iuuenibus. multo tamē
plus mala eis obest doctrina. Josias cum
octo tm̄ esset annoꝝ regnare cepit. iiij. Re
gum. xxij. z tamen post Dauid fuit [illegible]
mus z sapiētissimꝰ pter bonā illā instru/
ctionē quā a legis z alijs sapientibꝫ adeptꝰ
est Dicūt etiā hebrei z Josephꝰ Salomo/
nem sua in coronatiōe solū vndecim ānos
natū fuisse/quos sequi videt sanctꝰ Hiero
nymus id recitans p ɔfirmatiōe q tempe
suo nouē annoꝝ puer ex nutrice sua produ
xit filiolū. Nec Jonathas annosus erat cū
p patre suo Azaria p viginti q̄nqs annos
regnaret/viuente quidē patre corporaliter
mortuo vo ciuiliter p leprā z ab alijs hoi/
bus sepationem. Et dici potest deū velle z
posse sepiꝰ psperitatē regno p innocētiam
B paruā q̄ p magnos peccatores destinare.

viso q tales pueri nō se solū: vez totū eoꝝ
dominiū ab incōmodis pseruarent ꝯm or/
dinem hierarchiaz. Hac modo materiam
dimittimꝰ. velit deus vt rex nobilisqs eius
ppago sic seruent gubernent z instruātur.
q nostrū compleat desideriū z oim fideliū
francoz q hūc faciūt clamorē Viuat rex.

De scda regis vita ciuili. s. Scda ps.

Ultra (si placet) pgrediemur z de secūda
regis vita vba faciemꝰ/ciuili videlicz z po
litica. q status aut regalis dr dignitas. Et
qs eo melior sola vita corpali quo ipa est di
uturnior p legitimā successionē/ z q bonuz
cōmune pstat pticulari aut psonali. Debet
aūt fidelis quiliqs subditꝰ adeo aut ampliꝰ
solicitus eē facto z verbo vt hec vita regis
bene conseruet/q̄tū corpali vita est prestā/
tior. Sciendū g est in quo vita hec ciuilis
cōsistat. z ante tetigimꝰ qd in vnitate ɔser/
uetur/nihil sine vnione interuenire potest:
Queadmodū declarat sanctꝰ Dionysiꝰ gal
lie aplus vltimo de diuinis noibꝫ. z Boeci
us de cōsolatione. Unio aūt diuersoz sine
ordīe z ordinatiōe fieri potest mime. Et qd
est ordo: Est cū res quelibet id habz qd ad
eā spectat in debito suo loco. Ordo est pari
um dispariūqs rerū sua vnicuiqs tribuens
collatio. Ordo sine amoris vinculo manu
teneri nō potest: vt ostendit Boecius optā B
do talē amorē sine defectu gubernare ho/
mines queadmodū mūdus totus in bono
z vnione regit. O felix hominū genꝰ/si ve/
stros animos amor quo celum regit regat
Cōcludo g q odiū z diuisio omi ordinati
oni cōtraria vitā hāc ciuilē z politicam de
struunt. Hec est expssa determinatio supre
mi magistri Jesu christi/in patētibꝫ euan/
gelij [illegible] Marc. [illegible] Omē regnū in se diui/
sum desolabit. Ad meliꝰ aūt intelligenduz
illud/capiemꝰ huiꝰ vite mysticā ad verā si
militudinē z dicemꝰ q queadmodū corpa
lis vita in bona pportiōe ordinatōe z har/
monia pmaz q̄ttuor qualitatū (vt dictum
est) cōseruat. z est naturalis cōplexio/que i
vna iusticia naturalis qualitatis ꝯm medi
cinā custodit. Sic simili modo vita ista ciuil
manutenet z ɔseruat pportiōe z ɔiunctōe
q̄ttuor cardinaliū aut pncipaliū virtutū. q
sunt prudētia tēperātia fortitudo z iusticia
que qdē pprio generali quodā noie iusti/
cia ciuilis z legalis nominat put iusticia e
ois vtꝰ. aut nominat ꝯm sanctū Aug. in
vna eplaz suaz amor dei/in quē ordinari

lungi ꝛ vniri debet om̄is ꝟtus Cōsiderate ergo ꝙ postq̄ȝ ciuilis vita in vnione amore ꝛ bona ordinatiōe q̄ttuoꝛ istaꝝ ꝟtutū ꝯser[illegible] [illegible] destruit. Unusquisq; nocet aut obest vite regie qn̄ q̄ttuoꝛ illis ꝟtutibus aduersat: Et q̄ntū p̄cat ꝛ desiderat vi-
C uat rex: tātū niti debet vt q̄ttuoꝛ he ꝟtutes in rege regnēt: ꝛ in suo regno prudētia tēperantia fortitudo ꝛ iusticia. Alioq̄n vana et ficta est vociferatio ore clamādo viuat rex ꝛ facto necessarias illi⁹ vite causas destruere. Et quō destruunt: ꝑ falsitatē/pigriciam luxuriā ꝛ iniusticiā. Cogitem⁹ itaq; ꝛ notemus queso supradictū sapiēt ꝟbuȝ. Rex q̄ sedet in solio iudicij intuitu suo dissipat oē malū. Si dissipat om̄e malū vitā habet ciuilē sanā ꝛ ꝑfectā. Sȝ videam⁹ q̄d eam manuteneat/q̄ttuoꝛ ꝟtutes ipam cōcomitant. Rex debet sedere. Sedet ī signū tēperātie aut moderatōis. Sic em̄ designauit mgr̄ q̄dā rome histrionē agentē. q̄ sociū suū carpsit/eo ꝙ ꝑncipē belligeꝝ ꝛ om̄ia destruere volentē rep̄sentaret. Ipe ꝟo ꝑncipē effinxit sedentē ꝛ cogitabundū. in signū ꝙ ꝑnceps tēperās ꝛ bn̄ p̄meditans in oīb; actib; suis esse debet. Rex debet esse in throno. ī signū firmitudinis ꝛ ꝯstātie/quēadmodū thron⁹ inferi⁹ quadrat⁹ est. Sicut tetragon⁹ sine vituꝑio inq̄t Aristo. nec bn̄dictōe nec maledictione moueri debet nō pl⁹ q̄ȝ dei angel⁹ Rex debet sedere in throno nō quocūq;: sȝ eq̄tatis ꝛ iusticie. Hec est tertia ꝟtus d̄ qua dicit ꝓpha. Judicia ꝛ iusticiū correctio se-
D dis ei⁹. Rex diligēter intuitū suū ad cūcta dirigere debet/in signū prudētie ꝛ ꝟitatis. Intuit⁹ hic suū est ꝯsiliū: in q̄ veluti in oculo nullū debet esse impedimētū. nec puluens auaricie nec inflatiōis ꝑsumptōis ꝛ superbie/nec fumi odij nec spissoꝝ humoruȝ carnalitat. nec cuiuscūq; macle duplicitatꝭ aut mēdacij. Rex eo mō sedēs in throno iudicij/intuitu suo dissipat om̄e malū omnes malos. ❡ [illegible] pulcerrima. Deducere conabar q̄ttuoꝛ hec pūcta ꝑ historias ꝛ ꝯcordātias ꝯsiderādo ī secreto cogitatōis mee colloq̄o regiū statum regniq; ei⁹/cū humani genē inimic⁹ ꝛ to[illegible] [illegible] [illegible] falsumq; ꝑditorē fideli suo dn̄o ꝛ supremo deo [illegible] [illegible] ꝛ destrueret q̄ttuoꝛ has ꝟtutes vt iusticie subuerteret thronū. ꝛ sic auferret ꝛ interficeret oēm ciuilē regis ꝛ regni vitā/q̄d ne faciat deū obsecro. Nec sol⁹ erat (vobis affirmo) magna ꝛ maledicta septē capitaliū ꝛ mortaliū viciorū societas ei erat auxilio. Sup̄bia inuidia ira auaricia accidia luxuria / gula/ cū alijs q̄busdā d̄testabilib; stipēdiarijs ꝛ crudelib; expoliatorib; absq; nūero/oīb; eadē ē voluntas ꝛ ꝯiuratio ad internitiē scȝ ponere pene ꝛ culpe om̄es ꝟtutes. Stipēdia eoꝝ sūt mors. Stipēdia pctī mors. ad Roma. vj.
Si timore tremore ꝛ horrore ea ꝯsideran- E
do affect⁹ fuerim [illegible] [illegible]. Adhuc fremo ꝛ tremo qn̄ hui⁹ mihi subit memoria. Certe explicare nō possem decimaȝ nec centesimā quidē ꝑtē doloꝛosoꝝ ꝛ affligentiū cruciatuū: quos pctm̄ abominabilꝭ ꝑditoꝛ omnesq; ei⁹ comites ꝑiculosi ꝯ pulchras ꝟtutes exercere volebāt. Notaui specialiter hic q̄ttuoꝛ maledictos expoliatores q̄ sub vmbra boni ꝛ interdū amoris occulte ꝛ implicite. interdū apte cōtra nitebātur ꝛ repugnabāt his ꝟtutib; quilibet cuilibet. Adulatio mēdax ꝯtra prudētiā ꝛ veritatē. Delectatio accidiosa ꝛ ociosa ꝯ fortitudinē ꝛ stabilitatē. Rapina ꝯtra iusticiā ꝛ equitatē. Voluptuosus stat⁹ ꝯ tēpantiā et frugalitatē. Nouerat humani generꝭ inimicus ꝙ ꝑ falsos hos q̄ttuoꝛ satellitē destrui posset toti⁹ reipublice vita ciuilis. tū in capite tū in mēbris: si eoꝝ non obstaret conatui. Per eos em̄ nō mō regalis dominij status dissiparet/sȝ q̄libet triū statuū subditorum ꝯseruantiū ꝛ manutenentiū statū illū sup̄mū. Stat⁹ hi tres sunt. Stat⁹ eccl̄iasticus. Stat⁹ militarꝭ. Et stat⁹ ciuilis. Et ꝯtrariat adulatoꝛ mēdax clericꝭ ꝛ ꝯsiliarijs q̄b; inesse debet prudētia. Delectatio voluptuosa ꝯtrariat militib; q̄b; inesse debȝ fortitudo ꝛ bellādi ꝯstantia. Colorata rapina ꝯtrariat iusticiarijs / q̄b; inesse debet ad bn̄ iudicandū eq̄tas. Sȝ pōposus stat⁹ gene- F
raliter ꝯtrariat oīb; magnis ꝛ ꝑuis. vbi esse debet tēperātia ꝛ ad bn̄ se habēdū ꝛ manutenendū sobrietas. Stat⁹ in se bonū est ꝓbum ꝛ honorabile/siue ī clericatu siue ī militia siue in ciuilitate. sȝ qn̄ iniuria se iūgit ꝛ maritat alicui statui totū est ꝑditū. Ex hoc m̄rimonio pudētissima nascit ꝓles / dū iniuria copulat statui clericali. nascit sacrilegium ꝛ symonia. In statu militari expoliatio ꝛ tyrānis. In statu ciuili vsura ꝛ rapina Propterea ꝯgruū mihi videbat ꝛ necessariū [illegible] q̄ttuoꝛ illos oc

ctores ꝫ quattuor ꝟtutes reuelare ꝛ decla
rare. q̄ quidẽ ꝟtutes bonã regꝭ ꝯseruãt vi/
tam. Et q̄re: vt euitent ꝛ hoïes sibi ab eis
caueãt. In eo eñ videbat ꝛ adhuc videt eẽ
ꝑncipalis regꝭ filie intẽtio, vt inueniat ꝛ ð
facto apponat ꝯgruũ remediũ, nõ nimis
ad ꝑticularẽ descendendo modũ q̄ ad ma/
gnũ regꝭ ꝑtinet ꝯsiliũ: ſꝫ in q̄ntũ bone ꝑdica
tionis doctrina sese dꝫ extẽdere nõ vt doce
atur aliq̄d qđ vos nobilissimos dños lateat
nec q̄n ꝓbesciatis ſꝫ vt admoneat ꝛ inflam
met eiꝰ qđ iã nouistis intẽtio, queadmodũ
ꝑdicat de morte, nõ q̄n sciat moriendũ esse
B sed vt humiliemur ꝛ ad bñ moriendũ ꝑpa/
remur. Certũ est in ꝓposito illo ac tali me/
ditatione ingẽs bellũ in secreto mẽtis mee
collocutiõe ortũ fuisse. Nã dissimulatio fi/
cta ꝛ timida mẽdacis adulatoris filia geni
ta ꝑ ꝓpriũ amorẽ cũ cõmodo cõcumbentẽ
conabat, ꝛ oĩno mihi silentiũ ĩponere stu/
debat. Seditio crudelis, iactabunda ꝛ fa/
tua. In oppositũ trahebat partẽ, prior dis
simulatio locuta est et dixit. Quid medita/
ris amice? Quid agere aut dicere tentas?
Uis tu ne mundũ reformare aut corrigere
Scias ꝑfecto eũ vetustũ nimis esse vt cor
rigatur. nam correctiõe potius peior effice
ret, queadmodũ vetꝰ patella, cuius si fora/
men vnũ obstruxeris, duo aut tria noua pa/
rabis. Uel veluti veterẽ reparando tunicã;
aut domũ. totũ (vt videmꝰ) rumpit ꝛ deci/
dit. Sine sine inquit oĩa scripta emenda/
bunt. Semp fortꝭ minatꝰ est debili. diues
paupi. Mali aũt peiorẽ semp habebũt par
tẽ. In huiꝰ ꝯtrariũ tẽdere inuanũ est cona/
ri. Nunq̄d ꝯsideras q̄s sis? ꝛ quo in ꝑiculo
teipm ponas: statũ tuũ ꝛ vitã amittẽdi? vis
tu os in celũ ponere? Dicere de magnis ꝑn
D cipibꝫ: quibꝫ dicere nõ licet quare ita agãt.
Dorsum habes nimis macrũ ad onꝰ tã ma
gnũ portandũ. Nõne legisti in historijs. q̄d
ꝯsecuti sunt hi q̄ dños magnos corrigere
ꝛ docere voluerũt in boni cõmunis fauorẽ
Zeno. Socrates. Tulliꝰ. Boeciꝰ. ꝛ q̄ꝫ plu/
rimi alij id morte eoꝝ experti sunt. Domini
(amice mi) semp manẽt dñi. Et q̄ cõmune
agit more populei foliũ mouet ꝛ vertit, sem
per fortunã ꝛ casum sequit. Sicut dic Ju
uenalis. modo vnũ laudabit ꝛ in celũ effe/
ret. nec citius manũ vertens q̄ꝫ eũ in fimũ
aut damnũ recidere ꝑmittat. Quid dico re
cidere ꝑmittat? immo ꝓ ꝑsequet eũ. Lege
de ingratis capl'm in quinto libro Ualerij

maximi. Inuenies q̄ romani occiderunt
aut in exiliũ truserunt principaliores eorũ
adiutores: queadmodũ fuerũt Romulus.
Furius. Camillus. Scipio. Affricanus
maior. Scipio minor. Corilianus. Sci/
pio nasica. Sic etiã fecit Carthago Han
nibali. Lacedemonũ Licurgo. Nihil ẽ est
de auxilio aut fauore ꝯmunis boni. Stul
tus est qui cõfidit, qui cõmunitati seruit: a
nemine ꝑcium recipit. Et si male egerit q̄li
bet calumnias infert. Itaq̄ mihi crede ꝛ q̄
esce, tempi sese accõmodandũ est. Tibi ve/
rum dico dissimulandũ esse. Et est ꝯsilium I
ꝓphete Amos. v. In illo tꝑe vir prudẽs ta
cebit: q2 tꝑs malũ est. Et est ne tempꝰ pessi/
mum? Sic certe est. Tacendũ igit tibi est:
qui de oĩbꝫ tacet. de oĩbꝫ pacẽ habet. Sine
ꝑterire. sine vnũquẽq̄ / ad bñ ꝯuenit. Sa/
net se qui põt. Crede qđ Ptolomeꝰ inquit.
Sapiẽs est q̄ nõ curat in cuiꝰ manu mun
dus sit. Noli magnos principes a quibꝫ re
cepisti ꝛ adhuc recipe potes ingẽtes fauo
res, inimicos tuos ꝯstituere absq̄ vtilita/
te aliqua. Nã dic quecũq̄ voles: si cẽtum
ex calibe linguis vsus fueris, nihil egeris.
verba q̄d ꝑficient? cũ maloꝝ cognitio tam
grandiũ tã miserabiliũ, nõ ad compassio/
nem ꝛ ꝓuisionẽ ponẽdã mouet? Uiuat rex
Uiuat (vt ꝯsuetũ est) absq̄ restrictiõe statꝰ
sui, aut diminutiõe regalis sui dominij: nõ
est alter melior dñs. qui sunt subditi, vt do
minũ suũ corrigant ꝛ discipuli magistrum
Ipsoꝝ est obedire, q̄ꝫtumcũq̄ sint discoli
ꝛ inordinati dñi. ꝫm sancti Petri cõsiliũ. j.
Petri. ij. Sed dic etiã quo initio ista icho
abitur reformatio: ꝛ ad quẽ finez deueniet?
Sic loquebat dissimulatio vt materiã dif
ficilem ostẽderet ꝛ ab omnibꝫ relinquendã K
hec (vt videbat ei) tanq̄ꝫ sobria ꝛ sapiens
aiebat. Cũ seditio crudelis que iã diu val/
de impatiẽter dissimulationi fuerit aduer/
sata. eius interrupit sermonẽ eã rep̄hendẽ
do. Sicut dubiã ꝛ cõmuni bono ꝯtrariaꝫ
ꝛ tanq̄ꝫ pauidã, que regẽ ꝛ regnum perditũ
iri permitteret, illaq̄ cadere nemine cõtra/
dicente ad malam ciuilẽ mortẽ. posthac ita
efferuescẽs ꝛ multũ furiosam se ostendens
(talis eñ reuera erat) et quomõ inquit: ma
nebunt ne oĩa semp in tali statu? Non q̄/
dem statu: sed destitutiõe miseria angustia
ꝛ desolatione vt homines sint magis serui
q̄ꝫ mute bestie: expoliati rosi ꝛ comesti vsq̄
ad ossa. ne minimũ quidẽ ipis hominibus

relinquēdo ⁊ ad quos vsus: aut poti⁹ spur-
cos ⁊ viles abusus? Heu deus poti⁹ eligē-
dum esset mille mori mortib⁹ q̄ꝫ talia ꝑpeti
mala. moriat᷑ qui mori debet. Erit saltē si-
ne languore tali ⁊ doloroso tormēto. Heu
quid hoc? O celū. O terra. O iusticia. O pi
etas. Inuenit᷑ ne aliquis qui bonum dili
gat cōmune: qui se exponat ꝓ vita publica
regis ⁊ regni. Viuat rex. Ego quidē id vo-
lo sed pereāt ꝓditores falsi qui deuastāt re-
gem ⁊ regnū ei⁹. pereāt inquā ⁊ extermināt᷑
Nam ⁊si fiāt ordinatiōes ꝓmissiones et re
L gales ꝯstitutiones q̄ntas voles / nūq̄ꝫ erūt
in regno hoc nisi rapine ⁊ tyrānides q̄ꝫdiu
certi vixerint homines. Sunt quēadmo-
dum ferrū aut spina que plagā ad sanitatē
redire nō ꝑmittit. Sed cōcordia erit. Qua
lis ꝯcordia? Sicut duoꝝ fortassis lupoꝝ
vt agnū deuorēt. Heu vbi sunt nūc probi ⁊
fortes reipublice socij qui ꝓ bono publico
ꝯtra tyrannos corpus ⁊ bona eoꝝ expone
rent. Judas machabe⁹ Mucius. Themi
stocles. Trasibul⁹. Matbatias. ⁊ alij: vbi
sunt inquā tales / qui regnū hoc a miserabi
li oppressione eruāt? Eoꝝ debet esse via fa-
cti habenti q̄d dicit Seneca. ꝙ nō est sa-
crificiū grati⁹ deo q̄ꝫ mors tyrannoꝝ q̄ ty-
ranni ꝑmissi sunt oīb⁹ patriā liberare vo
lentib⁹. Sed quid potest esse in causa ꝙ ne
mo inuenit᷑ qui velit aut audeat ꝓfari veri-
tatem? Misera hec dissimulatio oīb⁹ os
occludit. boni ꝑdicatores vbi sunt? qui (vt
debent) loquant᷑ absq̄ꝫ timore quicq̄d eue-
niat. Mala regnātia ⁊ peccata / sunt ne sa-
tis grandia vel enormia / tā detestabilia / tā
horribilia ⁊ abominabilia / in fide et bonis
morib⁹ q̄d terra ea sustentare non deberet.
sed prorsus deglutire? paria etiā francie / h
est qui regi assistūt principes certi qui ⁊ di-
ci possent patres francie ⁊ sunt duodecim
deberent accusare ⁊ ꝑ ignē ⁊ gladiū sine mi
M sericordia ea exterminare. Ad furiosā hāc
seditionis vocē / ego quasi exanimis facie
deiectebā: rabiē eius indicendo ampli⁹ fer
re nō valens / bene meā ꝑcepit modestiam.
tūc extraxit e vestimento suo scripture ma-
gnam quantitatē libelloꝝ diffamatoriorū
partim ꝑ cognatā ei⁹ detractionē editoꝝ ⁊
malū os. partim ꝑ suspitionē melancolicā.
partim ꝑ vilē vulgi famā: que oīa a casu
effutit ⁊ deblatterat. Siue verū sit (vt dicit
Virgilius) siue falsū. nōnihil tn̄ aderat ve
ritatis hos libellos corā me explicādo. Vi
de inquit materiā sufficientē ad loquendū
⁊ ꝓponendū. corā magno regis ꝯsilio: s̄m
ꝙ ordinatus es ad reformationē faciendā
Nec verbū quidē emisi ego: q2 dissimulati
onem ꝑcepi q̄ ad respondendū sese ꝑ para-
bat. tunc seditio alto clamore inceptū ꝓseq̄
batur Nec erat difficile ꝓspicere quin talia
colloquia verbera sequerent᷑ immixta. Nec
dissimulatio amplius verbū emittere ausa
est. Nescio q̄d egissem / si discretio sapiens
(volūtate diuina) missa non fuisset / ꝑ regis
filiam scientiaꝝ matrē vniuersitatē Parisi
ensem. ipa est familiaris eius amica. discre
tio properauit vt duo hec monstrosa vicia
dissimulationē ⁊ seditionē effugaret. Dissi
mulatio ⁊ seditiō vicia sunt ⁊ peccā: ad nihil
q̄ꝫ ꝯducunt. Qm̄ dissimulatio in timidita-
tem labitur. Seditio aūt in temeritatē. Di N
scretio tenet rectū iter regale: nō declinādo
ad dextrā dissimulationis / aut ad sinistrā
seditionis / ⁊ inuisa est duab⁹ alijs. Quia dis
simulatio discretionē reputat iactabūdam
⁊ temerariā / quādo ipa audet dicere verita
tem / quātumcūq̄ꝫ ipa sit vtilis si ipsi domi
no displiceat. Seditio eā fictā ⁊ timidā re-
putat / qn̄ tacet sic ꝙ non corrodit et deua-
stat singula. sed paruipēdit discretio eoꝝ
odia aut rumores / ad q̄nti Fabij maximi
exemplū qui nō ponebat rumorē añ salutē
Sufficit discretioni deū ꝯscientiā ⁊ verita
tem ꝓ se habere ⁊ cōmuni bono ꝓdesse. Pro
cedam igit᷑ (si placet) vlterius s̄m instructi
ones factas ⁊ ordinatas ꝑ sapientē discre-
tionem sicuti credo: ejiciant᷑ dissimulatio ⁊
seditio. Et si forsitan nō quiuerim singula
verba instructionis ipsi⁹ discretōnis bone
magistre: in ꝓpria forma retinere / mee ē fra
gilitatis: ⁊ mee ignorātie. quia ingeniū me
um rude est ⁊ labilis memoria. Illud (affir-
mo) ex malicia non fiet. Semꝑ ad discreti
onem refero oīe meū ꝓpositū ꝑ quodcūq̄ꝫ
verbū exponā / est semꝑ ꝙ viuat rex. Viuat O
inquā vita non corporali modo (vt dictū
est) sed ciuili ⁊ mystica / que manutenetur et
conseruat᷑ ꝑ vnitatē ipsius: sicut vnius ca
pitis cū subditis suis. qui sunt sicut corp⁹
diuersa habens membra. s̄m diuersos sta-
tus ⁊ officia que sunt in regno. Propterea
rex aliquis ꝑsona priuata non est / s3 est vna
potestas publica ordinata ꝓ totius cōmu
nitatis salute. Sicuti ab vno capite descē
dit ⁊ dependet toti⁹ corporis vita. ⁊ ad h
reges ordinati fuerūt: ⁊ ꝓncipes ī ꝓncipio

per cōmunē hominū cōsensum ⁊ eo modo
pseuerare debēt. Persistam⁹ hic paulisper
in eo simili ⁊ ppter illā similitudinē/ ⁊ ad se
cure continuandū dicta dicendis/ quattu
or sumem⁹ veritates verissimas et certas:
Famulatū hunc singularē debet regꝭ filia
ipsi regi ⁊ oībꝫ dn̄is. pulchrius seruitiū
prestare posset minime ꝙ eis ꝯstanter fidei
veritatē, sanā doctrinā/ ⁊ bonos mores de
monstrare cōtra falsos informatores/ ma/
nifestos ⁊ occultos. ⁊ gr̄e do vobis q̄ꝫ dn̄i
mei. qm̄ iam ⁊ alias hec libēter audistis.

¶ Prima veritas

Scd̄m ꝙ p naturalē instinctū oīa mem
P bra in vno solo corpe sese exponūt p capi/
tis salute. Pariformiter esse debet in corpe
mystico veroꝝ subditoꝝ ad suū dn̄m. Sꝫ
alia ex parte caput debet dirigere ⁊ guber/
nare membra alia. alias enī destructio esſꝫ.
Caput nāqꝫ sine corpe pdurare non potest
Hec veritas est cōtra hoꝝ errorē qui dice/
re nisi sunt dn̄m in nullo subiectis suis te/
neri aut obligari. quod est cōtra ius diui/
num ⁊ naturalē equitatē/ ⁊ verā dominij fi
dem. Queādmodū subditi fidē subsidiū et
seruitiū eoꝝ superiori debēt. Sic supior fi
dem, ptectionē ⁊ defensionē suis debꝫ sub/
iectis/ bonitas vna aliā reqrit. Scd̄m do
ctores luciferi peccatū in hoc fuit ꝙ volu/
it dominari oībꝫ alijs creaturis sine vlla
obligatione ad eaꝝ custodiā seu seruitium
sicut de⁹. Scire debebat cōtrariū qꝛ serui
tus eo maior est quo dn̄atio maior est. Pro
pter q̄d alias supm̄us pastor seruū seruoꝝ
se appellaret: Quāto enī plus gr̄e aliq̄ cre/
atura recipit tanto ꝯm beatū Gregorium
plus ad dei seruitiū obligat. Tāto esse hu/
milior atqꝫ ad seruiēdū pmptior quisqꝫ de/
bet ex munere/ ꝙto se obligatiorē respiciet i
reddenda rōne. Ad hoc accedit ꝙ Traia/
nus imparor fecit eo sup equo exīstēte ⁊ ad
Q bellum iam pperāte. Cū femina quedā cla/
maret. O imparor tu dominaris ⁊ ego talē
suffero dolorē: filius me⁹ innocēs occisus
est. Imparor substitit, ⁊ ait postqꝫ redijsset
a prelio se illi iusticiā ministraturū Et si nō
redieris inquit bona illa femina. Respōdit
Traian⁹ ꝙ successor suus illi ministraret
iusticiā. Nō (ait femina) tu mihi debes iu/
sticiam/ successor tu⁹ de seipso satis agere
habebit. nec ab hoc debito te absoluet. pe/
to a te quā mihi debes iusticiā. Cognouit
imparor ꝙ verū diceret: descendit de equo

examinauit causaꝫ ⁊ cōsulatus est mulierꝫ
quo factū est vt publicā statuā iudiciū hoc
repsentantē habere meruerit. Quā videns
sanct⁹ Gregori⁹ ei misertus est ⁊ pcibꝫ suis
saluatus fuit. Et hoc pbat nostra veritas
⁊ etiā ꝙ rex ⁊ princeps quilibet iurat se po
pulum suū defensurū. Et si domin⁹ nō fide
liter ipsos vt subiectos tractauerit: eū ipsi
non vt dn̄m tractabūt. Scd̄m responsum
qđ dedit Domici⁹ cuidā consuli. Si (in/
quit) me non vt senatorē habueris/ nec ego
te vt consulē habebo. ¶ Secunda veri/
tas. Sicut corpali visui nihil est crude
lius horribilius ⁊ euitabili⁹ ꝙ corpus hu
manū/ aut naturā videre sese dissipare/ aut
discerpere p morsus aut aliter. sic similiter R
visui spirituali rōnis non est minor crude
litas. verū multo maior videre corpis my/
stici partes separi ⁊ vnā alterā psequi: sicut
dominū subiectos suos. Sicut persecutio
fit in hoc ꝙ vn⁹ alteri ius ⁊ officiū aufert:
quia naturaliter vnūquodqꝫ ius suū tuetꝰ
⁊ factū p violentiā repellit p factū p violen
tiam. vim vi repellere licet. Hic manifestū
est hos errare qui dicunt dn̄is oīa ad ipos
spectare/ ⁊ ꝙ omnia agere possunt ad eorūꝫ
arbitriū ⁊ voluntatē/ oīa que subiectorū
sunt absqꝫ alio titulo ad se attrahendo. q̄d
hoc sibi vult: Violētia oīa potest. Et q̄d
sequitꝰ: Tale sequitꝰ incōueniens/ veluti si
caput totū sanguinē medullā ⁊ alioꝝ mē/
broꝝ substātiā ad se attrahere vellet. Quid
esset: non dubiū est quin esset ppria sua de/
structio. Caput sine corpore pmanere non
potest. Corp⁹ sine sustentatiōe perit totum
Hic apparet vlteri⁹ ꝙ clericus ille pperaꝫ
⁊ peruerse intelligeret textū biblie qui con
tra veritatē vertere vellet verba scripta. pri
mi Regū. viij. capite. Hoc erit ius regis qꝛ
verus sensus litteralis alibi est ⁊ specialiter
Deut. xvij. oīno his contrari⁹. Et etiaꝫ S
omne bonū rationis naturalis iudiciū cui
nunqꝫ contrariatꝰ ius diuinū. Huic oppo/
nitur quod pmi Regū scribitꝰ. Si Roboā
qui Sauli successit post Dauid ⁊ Salo/
monē/ oīa iure diuino capere potuisset.
Quare decimā regni sui partē amisisset: p
hoc ꝙ ad consiliū iuuenū ⁊ adulatoꝝ mul
tiplicare volebat exactiōes populi plus ꝙ
Salomon. Dauid enī quare punit⁹ fuisse
de hoc ꝙ hereditatem Amphiboseph. Et
Sybe sui famuli diuisit. Achas quare re/
prehensus fuisset, eo ꝙ vineā Naboth hēre

desiderabat: Reuera ignoro vñ talis error
emanarit. Illud enī dicere esset hoīes velu
ti oues subiicere ꝛ dños vt lupos rapaces
sup eos mittere/aut gallinarum pullis mil
uos immittere. Omnia finaliter ad destru
ctionē pperarēt. sꝫ ad auferendū hui⁹ erro
ris fundamentū dicam⁹. Primo ꝙ ad intel
ligendū sanctā scripturā non sufficit voca
bulorum grāmaticalē ꝛ vulgarē significatio
nem intelligere. Uerū etiā requirit ingens
studiū ꝛ plura instructio tam in aliis scien
tiis phie ꝛ logice ꝙ̄ in sanctis doctoribus:
qui inspiratiōe diuina ꝛ p cōparatōem vni
us ad aliud sanctā exposuere scripturā que
pute⁹ altus est. Aliter enī sequeret ꝙ gram
matic⁹ quilibet qui latinā calleret linguā:
aut aliquis q̄ bibliā haberet in gallicū ver
sam sermonē ꝯfestim bonus esset theolog⁹.
T Qđ minime verū est. immo est occasio ma
xima ꝛ cōmunis in hereses labēdi sicut Iu
lianus apostata. Eluidi⁹. Iouinian⁹ ꝛ hu
iuscemodi fuere/scripture ỽba sepius sūt am
bigua. Et in vno loco aliter capiunt ꝙ̄ in
alio/aut ꝙ̄ cōmunis grāmaticus acciperet
Et ꝯcordat interdū vnus passus p alterū
ꝛ p causam ꝛ circūstantiā dictorum/intelligē
tia dictorum ſm Hylariū ex causis assumen
da est dicendorum. Exemplū in hac latina di
ctōe ius: qđ ñ solū ipm ius aut iusticiā signi
ficat. verū accipit interdū p potestate que iu
sta nō est. Sicut hic ſm glosam ordinariā
pmi Regū. viij. hoc erit ius regis capit p
exactione. ỽsus. Ius aqui: ius rectū: ius
dr esse potestas. Sicut etiā hec dictio rex
q̄nqꝫ sumit p tyranno. Osee. xiij. Et Iob
xxxiiij. Et bñdictio p maledictiōe. Iob. ij.
Et lex iusticie p iniusticie exercitio. Sap.
ij. Et deus p diabolo. ij. ad Chor. iiij. Dica
mus igit ꝙ exactōes he (de quibꝫ supradi
ctum agit caplm) ius regis nominant ppt
harum triū causarum vnam. aut ob iustā popu
li punitionē. qui ꝯtra dei voluntatē regem
postulauerāt. aut ob publicā subuentionē
in casu necessitatis rōnabili. Aut per solam
nuncupationē eo ꝙ sic appellāt ea que ipa
iura ꝯstituūt: sicut dr ius porte hauder. Et
V si dicat quispiā postea ꝙ̄ ergo populus sic
[illegible] potuit exercere.
Respondeo ꝙ eodē modo pbari posset ꝯse
cutiones ꝛ afflictiōes inimicorum ꝛ tyranno
rum iuste factas esse/de⁹ falli nō potest: no
uit intentionē eorum. Sic aliquis ali⁹ dicat
ꝙ pnceps q̄nqꝫ ad id quod agit necessitat.

Sciendū est tūc vnde talis emergat neces
sitas. ꝛ an ex voluntate. Si enī dñs aliqs
in triplo aut quadruplo plures velit tenere
ꝙ̄ debeat homines Et ꝙ sic in statu suo ne
cessitat hic necessitatē facit. Est queso ipse
excusatus? profecto nō. sed dupliciter accu
sandus/et multo magis si nihil eorum q̄ reci
pit in boni publici vertat defensionē. Uerū
ad malū vsum ꝛ dissipationē/ppter qđ sic
oppressi a deo vindictā petūt. ꝛ ipe exaudi
et eos. ppter miseriā inopū ꝛ gemitū pau
perum nūc exurgā dicit dñs. Quid aūt ad
leges dicem⁹ que dicūt oīa sunt pncipis
Et Lucan⁹: oīa cesar habet. Cesar erat
ꝛ habebat oīa. Rñdebimus obiectionem
ꝯtra obiectionē. clauū ꝯtra clauū. Dic apo
stolus pluribꝫ in locis loquens de christia
nis: oīa nostra sūt. Respōdebis certe om
nia nostra esse vt his bñ vtamur. Uerū est
dico oīa sunt pncipis vt his bene vtatur
ſm ius ꝛ rōnem. hoc est ad iustā ꝛ necessari X
am patrie sue defensionē: ad finē hunc pro
prium suū corpus exponere debet.

¶ Tertia veritas.

Queadmodū venenū ꝛ intoxicatio corp⁹
occidit humanū. sic tyrannis est venenum
intoxicatio ꝛ malū quod totā vitā politicā
ꝛ regalē ad internicie ponit. Quare: qꝛ ty
rannis oīa ad ppriū suū nitit trahere cō
modū ꝛ pfectū. Ideo [illegible] habet inna
turalem ꝛ oīno bone vite ciuili contrari
am. De quibꝫ plurius loquebat Aristoteles
v. politicorum ꝛ ad tres reducunt. ỽsus. Pau
ca sciāt/de se diffidāt/sint .Sicre
ge subditos dixe tyrānetuos. Tyrān⁹ vult
subditos suos pauca scire/pauca fidere. H
est valde ꝯtrariū bono regimini regali: qđ
ad hoc tendit: vt subiecti sui sint potentes
sapientes ꝛ fidi. ad pulchrā imaginē imita
tionē ꝛ exemplar bñdicte trinitatis. Ecq̄d
peius inimic⁹ populi mortalis aut inferni
inimicus facere posset: ꝙ̄ populū pauperē
ꝛ diuitiis [illegible] foret
sine principe esse vt fabulant de ranis qui
bus dat⁹ fuit rex/serpens quidā eas deuo
rans. Et hoc est ꝙ tyranni populū oppri
munt p extraneos armigeros/p exactiones
cornutas tributa/homicidas secretos/im
pediūt insup studiū ne sciētia acquirat. de
fendūt oīa cōsortia/ꝛ diuisiones nutriūt Y
p falsas impositiōes ꝛ crimina. Cōcluda
mus vltei⁹ ꝙ si caput aut aliqđ ciuilitatis
membrū tale incurreret incōueniens ꝙ ty

rānidis mortale venenū sorbere vellet. mē/
brū qdlibet suo in loco toto posse obuiare
deberet. verꝫ est ꝑ media ɔueniētia/ ꝛ talia ꝑ
q̄ nō pei⁹ sequat̃/ nō ɔgruit ꝙ si caput ꝑuo
afficiat̃ dolore/ manū ip̄m ꝑcutere. h̄ em̄ fa
tuū esse. nec ɔuenit ip̄m statim abscidi/ aut
a corꝑe separi sꝫ in oī dulcedine medicari:
tā ꝑ bona ṽba q̄ꝫ aliter: ad honorꝫ medico
rū exemplū Nec q̄cq̄ꝫ esset irrōnabili⁹ ꝛ cru
deli⁹ q̄ꝫ ꝑ seditionē tyrānidē impedire velle
Seditionē voco popularē rebellionē abs/
q̄ꝫ causa ꝛ rōne/ q̄ sepenumero peior est ty/
rānide. Scilla vocat⁹ fuit romā vt tyrāni/
dem mariꝫ auferret. ꝛ pei⁹ Mario egit. ex/
cessit medicina modum. Immoderata me
dicina grauior est (vt ait Lucan⁹) ꝑncipa
li infirmitate Op⁹ est mixꝫ in modū magna
discretiōe prudētia ꝛ tēperātia ad tyrānidē
expellendā. Propt̃ qđ audiēdi sunt ꝛ fides
adhibēda est sapiētib⁹ phis/ iurisperitis/ le
gistis/ theologis/ hoīb⁹ bone vite/ bone na/
turalis prudētie ꝛ magne experiētie. In se
nib⁹ est expiētia. Nō eī subito dn̄s aliq̄s ty
rann⁹ iudicād⁹ est si pctōr sit/ plurib⁹ in ca/
sib⁹ cū tn̄ nō sit h̄ manifesteꝫ dominiꝫ sui fi
nem ꝛ i boni cōmunis subuersionē. Ptās
(sicut dicit aplūs) nō est data cuiq̄ꝫ dn̄o in
subuersionē sꝫ edificationē poti⁹. Et ppte/
rea q̄ ea abutit̃: eā vt ꝑdat dign⁹ efficit̃. Iō
apparet ꝙ hi regē suū aut ꝑncipē minime
diligerēt si eū in stolidos errores aut tyran
nidis ɔditiōes ṽtere ꝑsumerēt. Nec est mo
dus certior: q̄ rex corpis ꝛ aie ꝛ rer̄ domi/
niꝫ detrimētū patiat̃. Nā tyrānis ꝛ infideli
tas tāq̄ꝫ innaturalꝭ ꝛ violēta ꝫ deū ꝛ omnē
rōnem diu ꝑmanere nō potest. Dicit sapiēs
Sapie. xviij. Oportebat em̄ illis sine excu
satione quidē superuenire interitū exercētib⁹
tyrannidē. Violētia etiā vt inq̄t Iuuenalis
durare nō potest. Raro tyrann⁹ morte mo/
ritur naturali/ odio habet̃ a deo ꝛ a mūdo.
Nec ferme adeo paruus est q̄n si vitā suam
periculo exponere velit: vt tyranno vitam
adimat inueniat modū ip̄m occidēdi ꝛ pa/
cem restituēdi. Cōsiderate igit̃ ꝙ reges aut
ꝑncipes libenter hos audire debent qui ty
A rannidis venenū impedire norūt ne eos ar
ripiat. Estq̄ꝫ multo eligibili⁹ vt min⁹ habe
ant dominiū qđ sit rōnabile sanctū ꝛ durās
dādo aliqua restringētia ne caput nimiꝫ
ad se attrahat humorē ꝛ sanguinē ceterorꝫ
mēbrorꝫ. h̄ nō est caput grauare. verꝫ poti⁹
adiuuare. Tale respōsum dedit Theopō/
pus vxori sue q̄ cōquerebat̃ de hoc ꝙ cert̃
legib⁹ potentiā suā restrinxisset. Sicut rex
se subdit in multis casib⁹ iusticie parlamē/
ti. Verecūdis est dicebat femina illa liberis
tuis potentiā diminui sinere quā nō cōqui
sisti. Respōdit ip̄e. Sino eis minorē poten
tiam sꝫ durabiliorē. Quare durabiliorē: q̄r
rationabiliorē. Sꝫ dices. Est aūt min⁹ ho
norabilis. Scias ꝙ nō: sed magis honora/
bilis. q̄r hr̄e subiectos fm̄ rōnem est singu/
lare dominiū/ singularis dignitas/ honor
nobilitas ꝛ ingenuitas. Et in h̄ dn̄s nō se
subiicit subiectis sꝫ rōni: cui iure diuino et
naturali vnusq̄sq̄ꝫ domin⁹ ꝛ alius quilibꝫ
obedientiā debet ꝛ subiectiōeꝫ. De his Se
neca. Si vis oīa sbiicere tibi/ subiice te rōi.

¶Quarta veritas

Cuꝫ rex sine subiectis/ et subiecti sine rege
diu durare non possint ꝛ rationabiliter vi B
uere: ɔcordia est necessaria ꝛ vnio pacifica
simul ꝑ ɔiunctionē quattuor ṽtutū superi
us nominatarꝫ: in similitudinē quattuor q̄
litatū primarꝫ in materiali corꝑe/ mediāte
opatione ꝛ ɔfederatione diuina sancti spi/
ritus q̄ hanc in corporib⁹ mysticis facit cō
siliatiōem sicut influētia celestis in corpore
naturali. Hec est determinatio expssa oīm
philosophorꝫ iuristarꝫ legistarꝫ poetaruꝫ et
theologorꝫ. In cui⁹ signū rex regū se pacis
principē nominat. Arestoteles (auctorita/
te Homeri). viij. ethicorꝫ determinat ꝙ do
miniū regale est/ sicut pater ad filios aut si/
cut pastor ad oues/ fm̄ ꝙ Homer⁹ greco/
rum regē populi nominat pastorē: et deus
vult ꝙ eū patrē ꝛ pastorē appellemus. Au
gustus octauian⁹ cū publice dn̄s bonus ꝛ
iustus appellaret̃/ hāc ꝓhibuit nominatio
nem. voluitq̄ꝫ pater patrie vocari. Diximⁿ
Salomonis auctoritate (qui rex pacis in
terpretat̃) ꝙ finis regis est dissipare oē ma/
lum. Et quod est om̄e malū: Videam⁹ qđ
est om̄e bonū. Dicit sanctus Augustin⁹ su
per illud Pax israel. qđ est pax. Bellum ģ ꝛ
diuisio est om̄e malū. Propterea finis regis
esse debet in suos subiectos pax: vt descri/
bitur in decretaliū prologo. Rex pacificus.
Sic cognouit ꝛ facere voluit magn⁹ rex C
Artaxerses q̄ dr̄ etiā Assuerus. Vn̄ Hester
xvj. in epl̄a sua testificans se non voluisse
abuti potentia: sed ꝙ popul⁹ suus pace fru
eret̃. que ab oīb⁹ mortalib⁹ est desiderata.
Bene se habet (volēte dn̄o) cū tale ꝛ taꝫ fir/
mum habemus fundamentū. In harꝫ q̄/

tuor pcutũ qternario vita regis erit admo/
dum stabilis: q2 fm Salomone Misicor
dia z veritas custodit regẽ. Prouerbioz.xx
Et hoc est nostrũ desiderum. Uiuat rex.

¶ De intentiõe adulatoris mẽdacis.

Uerũ reuertamur vbi eramus z descenda
mus ad proditoriá intentionẽ quattuor p/
ditorum tyranni (quod peccatũ est) reuelã
dam. Ueniam⁹ z videamus quõ occultan
tur in quattuor nominatis virtutis. Et p̃/
mo de adulatore mẽdaci ɔtra prudentiam
Prudẽtia est auriga virtutũ. Quomõ: per
lumen veritatis z p filiã suã discretiõez: ostẽ
dendo primũ oĩm vniuscuiusq3 rei exitum
Rex exitus prudẽtia metit. postea delibe/
rat de medijs cõgruis ad talẽ finẽ obtinen
dum. Alias a casu est si quicq3 bonũ sortia
tur effectũ. Turpe est principi (vt dicebat
Scipio affricanus) allegare z dicere non
putaui. debet oĩa prius p̃meditari nec se
D fundare in vanis rumoribꝫ/aut in his que
impingunt. Sicut dicit Julius cesar frã/
cos agere. Ea propter sepius intẽtione sua
frustrant: initia intentionũ gallorũ ampla
sunt: sicut de bellis z exit⁹ stricti nimis. Ad
uertendũ est diligentius quõ intret vt exi/
tus haberi possit sine lesiõe/sicut piscis ca
uet ab hamo. Exemplũ de quodã qui ɔsili/
um petebat vnde redeundũ esset ab itinere
qđ facere intendebat. Sz audiam⁹ q̃d faci
at adulator mendax ɔtra prudentiã. O de
us qualis famul⁹? Est incãtator diaboli q̃
fascinat dñ̃os. z facit apparere de falso ve/
rum De stulto sapiẽs. de nihilo magnũ. de
magnificis factis stolida. de stolidis insen
sata. h̃ est extra oĩe bonũ rõis iudiciũ Hic
pfecto ex stultis insanos facit: ait Terẽti⁹.
Quid decepit Lucifez z eũ mutauit ĩ dia/
bolum? Suijpsi⁹ z adherentiũ adulatio.
Adulatio tũc incepit: magistrũq3 suũ a taz
sublimi loco in pfundũ cadere fecit. De tã
sapienti in tã stolidũ. Quid ẽ agent homi/
nes quo pacto sibi cauebunt? Quid dece/
pit Euam z Adã z de ĩmortalitate ad mor
talitatẽ mutauit. de omni bono in oĩe ma
lum? Inimici adulatio/qui pmittebat eos
tanq3 deos futuros. Nõne adulatio Naba
E chodonosor Alexandrũ/Cosdroẽ z alios
quosdã (vt eoz ferebat opinio) deos effecit
O qualis singularis fatuitas z error erat
esse deum in somnio: in fictione: in fascina
tione z in incantatione. Et nihil erat velut
somnium surgentium domine zc̃. Et bre/
uiter fm Juuenalẽ. nihil est quod credere
de se non possit cũ laudat dijs equa ptãs.
nõ est religio tã extranea de qua nõ cui⁹ fal
sum credat q3 de seipso. Quid miz si domi
ni se falsos fuisse cõperiant cũ redit v̈itas:
aut per aduersitatẽ aut per mortẽ. que liq̃/
do hui⁹ extimationis falsitatem declarat
Alexander recepta plaga in prelio postea
cognouit hominẽ se esse: licet ab hominibꝫ
filius dei nominaret. Homines (inq̃t) me
filiũ dei nominabãt/hec aũt plaga me ho
minem esse declarat Adulator malus est ia
nitor: qui sepenumero spiritui mendacij et
falsitatis portã aperit. Qui quidẽ spiritus
modo assumit cappã z cappiciũ subductũ
z platũ fingit aut clericũ. modo habitũ mi
litarem. modo habitũ famuli. pp̃ter quod
oĩa ad deceptionẽ tendunt. fm Michee
visionem. iij. Regũ. vlt. Adulator est tibicẽ
q̃ semp ficta canit musica z mutat modula
tionẽ suã: vt dñ̃s vult eũ canere aut corisa/
re. Ipa est speculi imago q̃ ridet cũ quis ri
det. plorat qñ plorat/semp gaudet alienuz
sumere vultũ. Dicet dñ̃s calco. Dicet adu/ F
lator sudo. Dicet dñ̃s tps esse frigidũ. Di/
cet adulator se p̃ frigoribꝫ tremere. Sepe/
nũero eodẽ in prãdio hũc aut silẽm intuit⁹
sum casuz. miratusq3 fui dñ̃m id minime p
cipere. aut si pcipiebat q̃re nõ rep̃hendebat
ac deridebat. Adulator vertit sp ɔsilij tedã
et facẽ q̃ dñ̃s vult pgere quãtũcũq3 cadat
etiã si collũ sibijpsi frangat. Talẽ me voluit
inquit dñ̃i mei z talẽ me habebũt. Per deũ
voluntati eorũ non contradicã Et si sciam
mala hinc ventura: sint eis sint eorũ popu
lo. Quare eoz incurrerẽ indignationẽ? In
dignatio principis mors: in dei nomine.
Nolo mori martyr sed confessor potius. ex
corient: rodant: expolient quid mea refert?
Modo prede partẽ habeã/aut cõmodum
inde reportẽ. Audite domini q̃d dicat adu
lator. Creditis eũ ludere? proculdubio sic
agit z peius. Inflat dominũ qui euz auscul
tat vento vane laudis. Propter quod do/
minus stolida repletur opiniõe. et de se mi/
ra iudicat: cum solũ ventus sit: quẽadmo/
dum cũ tria pisa in inflata sunt vesica/ac⁹
vni⁹ acuties omnẽ eius deprimit pompam
Et ab oĩ eũ auertit incepto. Quis es in/
quit adulator dñ̃e? Considera modo tuam G
dignitatẽ. pfecto terra nõ sustinet dñ̃m tui
silem In cordis nobilitate. In pbitate In
pulchris verbis. In magnis sensibus ex

prudentia. Alij sunt solū bestie in cōparati
one ad te. Insup qñq; vilipendit dominuz
z in forma ministri maledicit huic z alteri.
Quid inquit dñe: nimis humilis es/nimis
religiosus/dulcis nimis/largus nimis/ni/
mis pius. Quid curas de abiectis illis ho
minib;/aut de cappicijs subductis/aut de
simulatis religiosis? Oñde oñde te esse do
minū. Quis es q̄so Eges ne alterius ope?
Quis est q̄ te grauare posset aut quicq̄ oñ
dere aut tibi ɔsulere? Audite dñi q̄lis aduo
catus/vellet de⁹ vt veritas ɔtra adulatorē
dño responderet. Cū adulator querit quis
nam sit. te oro: respōde veritas. paup es et
misera creatura oīb; subiecta angustijs z
tribulationib; frigori/calori/dolori/ infir/
mitati. z necessitati mortis ineuitabili. Tu
es saccus plen⁹ fimi terre cineris z putre/
dinis: quātumcūq; tunicā geras quocūq;
auro argento aut lapidib; p̄ciosis aut pō/
posa familia sis circūdatus. Quid est (que
so) caro tua que cito aut tarde cadauer effi
cietur fetidissimū. cibus vermiū. Cito erit
D tibi dico: q̄m in breui hoc t̄pe nulla est mo
ra. Et si ita est/exurge paululū aperi oc'los
p adulationē tibi clausos. z ɔsidera q̄ dñi
erant in h̄ ɔsilio añ quattuor aut sex ānos
ab oīb; honorabant. vnusq̄sq; eos time
bat/vnusquisq; eis adulabat/intantū aut
pl⁹ q̄̄ tibi. Sed ɔsidera vbi sint modo; dor
mierunt somnū suū. Egerūt p̄sonam suaz.
Mors in momēto supauit eos z sepulti sūt
Quid p̄ficit eis supbia? Quid p̄ficit si op/
presserūt z ad dolorosa tormēta minorem
populū (vt adulatorib; placerēt) p̄duxerūt.
Adulatores trāsferēt te: de terra corpus: et
aīam (si cecidit) de inferno? Uere cecidit. et
tu post eā/nisi dei misericordia p pniam po
nat aut posuerit remediū. Terra terra terra
audi dī sermonē. Et q̄s est ille? Ois caro fe
num/z oīs gloria eius sicut flos campi:
fenū aruit z flos cecidit. Cōsidera bene. q̄
adulator infernalis inimici est p̄sbyter/q̄
canit vigilias illis q̄ mortui sunt p p̄ctūm.
sepulti p malā ɔsuetudinē. fetidi iā p malā
famam. Coopti durissimo ac ponderoso
indurationis cordis lapide. parati vt in in/
ferni sepeliant cimiterio. malū cimiterium
p̄fecto. Dicit adulator in suaz vigiliarum
p̄ncipio. Placebo dño: sed valde male con
tinuat: quia nō est in regione viuoz. Quid
I amplius de adulatoribus dicem⁹? Adula
tor est solū verboz intricator. Et cuz ad ve
ritatem dicendā ventū fuerit p verba dua/
rum facierū/extū querit p amphibologiā
p euasionē subtilē z astutā p ɔueniens ali/
quod diuerticulū oīmi vento se coaptat. dis
sensiones suscitat vt pacē facere videat/ sp
est in cōsonantia. Sm responsuz vulpis qd
dedit leoni/bene nouit symearū exire came
ram z fatui formā accipere vt pacē habeat
Est mala cornicula que magnoz dñorum
oculos eruit/vel eos velat z cū eis ludit in
fidelitatis ludo. Adulator: vt omnē cumu/
lum mali dicamus est finaliter bone prudē
tie valde contrari⁹. Quare? quia falsitatem
introducit. z ne veritas per alterius consi/
lium manifestet huic qui se omniū sapien/
tissimū iudicat impedimēto est. Sz ad cu/
ius iudicium? Adulationis. Tanta suffici
ant de malis cōditionib; hui⁹ homicide:
p̄ditoris: mēdacis adulatoris. Cōtra quē
quattuor ponemus ɔsideratiōes.

Prima cōsideratio

p prudentia. Unusquisq; dñs se in ope z
s̄ ho talē ostēdere debet cui quis audeat di
cere veritatē: siue sit ad laudē siue ad suum
vituperium sit in occulto/sit in publico/est
doctrina sancti Lodouici ad filium suuz.
Alias si princeps dicat Loquimini nobis K
placentia. aut si odio habet eos qui verita
tem dicūt. sicut Achab de Michea. Odio
inquit habeo eū: q; semp mihi mala nūci/
at: p̄fecto actū est de tali p̄ncipe/p̄ditus est
in corpe. in aīa. z in fama. Jō dicit sapiēs.
q̄ p̄nceps q̄ audit libēter v̄ba mēdacij/om
nes ministros habebit impios/siue eñ sit
iure siue iniuria semp dicūt: dñs me⁹ bene
